


Q-5559

OPERA
IOAN. GOROPII
BECANI,

Hactenus in lucem non edita:


nempe,

HERMATHENA, GALLICA,
HIEROGLYPHICA, FRANCICA,
VERTVMNVS, HISPANICA.



ANTWERPIÆ,
Excudebat Christophorus Plantinus,
Architypographus Regius.

MDLXXX.



Q-5559

OPERA
IOAN. GOROPHII
BECANI,

Hactenus in lucem non edita:

nempe,

HERMATHENA, GALLICA,
HIEROGLYPHICA, FRANCICA,
VERTVMNVS, HISPANICA.



ANTWERPIÆ,
Excudebat Christophorus Plantinus,
Architypographus Regius.

CL. IO. LXXX.



HISPANICA

IOANNIS GOROPHII

BECANI.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini
Architypographi Regij.

clb. Io. LXXX.

S V M M A P R I V I L E G I I .

R E G I S P r i v i l e g i o f a n c i t u m e s t , n e q u i s *Opera omnia*
Goropij Becani partim antehac impressa, sed ab ipso emendata, par-
tim vero non impressa, integra, vel eorum partem aliquam,
citra Christophori Plantini voluntatem, à die cuiusq.
editionis absolutæ intra decem annos, imprimat, aut
alibi impressa importet venaliæ habeat, sub poena
confiscationis librorum: vt latius patet in literis datis
Bruxellis pænultima Nouembris. M. D. LXXIIII.

Signat.

I. de Witte.

O R N A T I S S I M O
D O C T I S S I M O Q . V I R O

C O R N . P R V N I O ,

Christophorus Plantinus S.



E N I V N T A D T E , v i r c l a r i s s i m e ,
Hispanica Ioan. Goropij Becani illius
cuius viui amicitiam cum fide coluisti,
& mortui memoriam sanctè custodis.
Merito ad te non solum quia ad ami-
cissimum: sed etiam quia, si quis alius
in hac vrbe, veterem antiquamque doctrinam seque-
ris & amas. Cuius generis, quod te non fugit, cum
omnes Becani libri sint: tum iste egregios & non
promptos thesauros complexus est reconditæ anti-
quitatis. Itaque habe, vir prudentissime, hoc munus
per me, & non à me. cuius tamen aliqua gratia iure
mea, quia hæc opera testificor non commodi mei cau-
sa vulgari, sed reip. & posteritatis. Cui sapius tractata
hæc scripta (non enim inspicere fatis est) plus vtilita-
tis allatura scio, quàm splendidos & superbos labores
multorum. Vale. Antuerpiæ XIII. Kal. Septemb.
Cl. Io. LXXX.

* I N D E X

INDEX RERVM ET

VERBORVM IN

HISPANICA.



<p>B, Abba. i. pa- ter. 12, 32 Ac. 26 Acam vrbs. 76 Acanthus. 96 A nos. 26 Ada. 19 Adam. 13 Adam dicitur terra. 13 Adonis cur apri dente fingatur oc- cisus. 110 Aegypti reges Bufrides multi. 88 Aegypti reges Pharaones multi. 88 Aegyptiorum secunda festiuitas in Bufride vrbe cur soleat ce- lebrari. 87. & seq. Aegyptias voces dicunt esse, vo- ces ex Mosis libris non intel- lectas, Rabbini. 80 Aela vrbs. 76, 78 Aelurus. 41 Aetas prima, Barbarismus, secun- da, Scythismus. 10 Africam principio habitauerunt Chami posterii. 34 Agenor vocatus Nochus. 63 Ago, is. 29 Ailas Graci male pro Elus ver- terunt. 78 Am Hebraica littera vera pro- nuntiatio. 5 Am. 66 Alb, Alben. 14, 66 Alba 13, 66 Albania vnde dicta, &c. 13, & seq. Albania alit canes generosos. 15 Albania fertilitas & indoles. 15 Albania limites. 15 Albania opida a Tubal condita. 15, 16, 17. Albanus fl. 15 Albani qua via in Iberiam pe- netrarunt. 20 Albanorum militia. 15 Albion. 13 Alp. 13, 66 Alpes. 13 Alus. 81 Alphabetorum duo generas quo- rum utrunque precessionem con- tinet. 10 Alyba. 66 Alyzones. 66 Amalecita vbi habitauerunt. 100</p>	<p style="text-align: center;">A.</p> <p>Amanus mons arborum ferti- lis. 65. terminus Asia mino- ris, & terminus habitationis filiorum Lapeti. 36, 40 Amarus, a, um. 91 Ana fl. 54 Annius Historiographus. 2, 4, 6, & seq. Antipater Tarsensis Philosophus. 64 Antiquarij. 12 Antiquitatis seruanda studium laudatur. 12, 15 Antiquus dierum, dictus Dem- pater apud Daniëlem. 12, 60. Aprilis mensis. 111 Aqua. 26 Ar. 62 Arabicus sinus. 76. quare voce- tur mare rubrum. 76 Ayar fl. 62, 69 Ayarat montes. 7 Aratus Cilix, poeta, astronomus. 65 Arce. 45 Arca, e. 45 Arca Noc. 45, vbi quiescit. 7. & seq. eius monumenta. 46. & seq. Arcadia regio. 45, 55. equis alen- dis idonea. 47 Arcas vnde dictus. 45, & seq. Arcas Nochus dictus. 45, 46 Arcas artium omnium, hominum vita necessarium inuentor. 45 Arcades antiquissimi omnium ho- minum. 47, & seq. ante Lunam cur fuisse dicantur. 47 Arceo, es, ere. 45 Archedemus Tarsensis Philoso- phus. 64 Arctos sidus. 46 Argg. 63 Argantibonius Tartessorum rex. 70. Argentus mons. 73 Argenti fodina maxima circa nouam Carthaginem. 73 Argini vnde dicti. 63 Argini a Tarso in Peloponneso conditi. 63 Argos, Hippicū quare dictum. 63 Ariani pop. 19 Armeia montes. 7 Arinoe vrbs, Bagal-stephon ap- pellata. 90</p>	<p>Arct. i. terra. 62, 69 Artemidorus Tarsensis, Gramma- ticus nobilis. 65 Artium vita hominum necessaria- rum inuentor Arcas. 45 Arc arcis. 45 Ascalon. 76 Ascania duplex. 38, 39, 41 Ascanius Gomeri filius in Phry- gia habitauit, &c. 38, 39 Ascanius fl. 41 Ascanij memoria apud Mysos. 41 Ascanij dicti Tentones, &c. 26 Asclepiades Mirilianus. 1 Asiongaber vocis pronuntiatio & scriptura. 77. eius interpreta- tio. 77, 103, 104. quis locus sit, &c. 74, 75, 82. Asphalticus lacus. 81 Ate vnde dicta, &c. 13, 39 Athenaeus Cilix, Philosophus. 65 Athenodorus Cananita, preceptor Cesaris. 64 Athenodorus Cordylon, cum M. Catone vixit, &c. 64 Atlas vnde dictus. 106, & seq. Atlas & Hesperus fratres, At- pate nepotes. 109, 116 Atlas & Phorcys, idem. 115, & sequent. Atlas dictus Tarses. 53, 106 Atlas insignis astrologus, 107, 108 111. cur calum sustinere di- ctus, 107, 112. Herculem astro- nomiam docuit. 30 Atlas inuentor Sphaera artificia- lis. 108 Atlas nauigandi peritia prestan- tissimus. 106, et seq. 111, et seq. Atlas omnium rerum sapiens. 106, & seq. 111, & seq. Atlas filiiabns suis Hyadum & Pleiadum nomina ab astris, non astris a filiarum nomenclatu- ra posuit. 111. Atlantis vxor Hesperis, & filia Hesperides. 109 Atlantis laudes. 106, & seq. Atlantica, insula. 109 Atlanticum Oceanus. 109 Atlanticus orbis. 112, & seq. Atlantici orbis & Hispania duo primi conditores Elysius & Tarses. 116, & seq. De Atlan- tico orbe veterum sententia & testi-</p>
--	--	---

INDEX

testimonia, 114, & sequen.
Atlantides, Atlantis filia, dicta
Hesperides, &c. 30
Attica unde dicta, &c. 43
Atys appellatus Elyssus. 39
au, ou, out, Out, antiquum, 11, 12, 32
Auaris unde dicta. 88
Auaris eadem qua Bubastis. 88
Aurora unde dicta. 32
Aurum Obryzum, aurum Opher, & aurum Perucim, pro eodem dicuntur, nempe pro auro puro. 112, 113
Auri feracissima est Hispania. 71, & sequent.
Austri, antiquissimus. 32
Austri, oriens. 32
Austri, rige. 32
Austria, Austrasia, Austryia. 32
Axes duo Sphera artificialis. 107
Auos. 32
Arotus vrbs. 76
B.
B & V consonans cognata potestate littere. 24
Babel turris unde dicta. 8, eius origo, ibid. & seq.
Babelen. 8
Bacchus dictus Noachus. 7, 45, 50
Bactriani. 19
Bact. 27
Batica regio, est Regnum Tarsis in sacris literis. 70. eius felicitas. 71, & sequent.
Batis fl. unde dictus. 27
Batis fl. dictus Tarsisus. 68
Batris. 71
Batus, sextus apud Pseudoberosum Hispania rex. 27
Bagab, stephon post Arsinoe appellata. 84, 90
Baja. 59
Baiten. 59
Baianus sinus, vetusta Cimmeriorum sedes. 59
Baldus mons. 20, 23
Balsamum. 113
Ban. 14
Barbarismus, prima atas. 10
Bec. i. panis. 9
Bed, Bet. 77
Bedunenses pop. 54
Beelzebub. 84
Begung, Begung. 19
Beyal. 34
Belba sine Belbes eadem qua Elis. 91
Berenices coma in calum lata. 108
Berg. i. abscondo. 67, 81
Berg. i. mons. 54, 67, 81
Berg. id est, mons in civitatibus nominandis frequenter usurpatur, &c. 54, 67
Bergen opidium. 67
Bergo. 67
Bergones. 54
Bergomum op. in Italia. 67
Bergusa. 54
Berosus quis fuerit, & quando vixerit. 1
Berosi libri fides abrogatur. 1
Berosus tres tantum, Pseudoberosus quinque libros scripsit. 2, & sequent.
Beroso Pseudoberosus pregnancia dicit. 2, & sequent.
Beregabri. 77
Bies. 78
Bondona. 20
Bon. 102
Breslianum lignum. 113
Bria. 24
Brica pro Briga apud Plin. 25
Briga. 24
Briga, quatuor Hispanorum rex, apud Pseudoberosum. 24, 25
Brigant pro publico grassatore abusus accipitur. 55
Brigantes. 55
Brigantium diversis Europae civitatibus nomen impostum. 55
Brigata. 25
Bubastus sine Bubastis vrbs. 88. eadem qua Auaris. ibid.
Bui. 79
Bura quid significet. 55
Bura civitas in inferiori Germania, item in Arcadia & in Hispania. 55
Bua. 79
Busiris unde dicatur. 87, 88
Busiris primus rex fuit appellatus, qui Iosephum Agypto praefecit. 87, 88. eo nomine multi reges in Agypto fuerunt vocari. 88
Busiris cur hospites mactare fingatur, &c. 87
Busiris civitas eadem qua Raga, massa, edificata ab Israclitis. 87, 88
C.
C littera symbolica significatio. 116
C & G litterarum affinitas & permutatio. 25
Cades duplex. 101, & sequent.
Cades in Galilaea, Cades dicitur. 101
Cades-Barne. 101
Cades-Stin. 101
Cadmus dictus Iapetus. 63
Cadyris vrbs. 101
Calam unde dictum. 25
Caladunum. 54
Caiera. 67
Cais, Caisa. 17, 18
Calcanens terrena tarditas, i. molum. 69
Callinboe. 118
Callisto. 45
Cans unde dictus. 118
Cans, cuius rei symbolum praeferat. 117
Cans & Regis laudati officia. 118
Cans generosus alit Albania. 15
Capo i. promontorium. 67
Car Elyssi filius, Lydi germanus frater, &c. 39, 40, & seq. 44
quam sedem occupaverit. 39, & seq. delubrum erexit Ioni. 40
Catio, 40. eius monumenta apud Megarenses. 44
Carbaschara. 96
Cardis. 48
Cares unde nomen habeant, & a quo conditi. 39
Cares & Lycy non ex Europa in Asiam, sed ex Asia in Europam venerunt. 40
Cares, Lydi, Lycy & Mysi se fratres quondam dicebant. 39, 40
Carius Iupiter. 39, 40. et templum a quo & cur dedicatum. 40
Carmani pop. 19
Carmania regio vna profert maximas. 101
Carmelus mons. 76
Carteia. 70
Carius, a. um. 39
Casum, Casus mons. 76, 77, 101
Cassij Iouis templum. 77
Cassus insula. 76
Castiterides insula. 73
Casta concupiscentia. 103
Castasus mons. 7
Cerna nutrix Habidis regis Tarsessiacorum. 117, 118
Cedes in Galilaea, dicta Cades. 101
Ceni pop. 100
Ceres Theismophoros dicta. 45
Ceteim olim dicta Cyprus. 74
Cetij pop. 43, 65
Cetim Iouis filius, Elyssi frater, Cetiorum in Cypro conditor. 43, 66, 67
Cetis regio unde dicta. 36, 65
Cetium in Sicilia, & Cetium in Cypro. 65
Chabria castra. 77
Chaibal Albania op. 16
Chami posteri principio Africam habitaverunt. 34
Charax Seseistris. 77
Charites. 26
Chana. 13, 17
Chebron vrbs. 105
China sine Sine pop. India. 94
Cb oreb

IN HISPANICA.

Choreb mons. 93, 94
Chorma. 103
Chrysaor quis, & unde dictus, 27, & sequent. 118
Chryssippus Cilix. 65
Chryssoplia. 72
Cilix unde dictus, &c. 63, cur sic dictus Tarses. ibid.
Cilices quidam ad Troiam habitaverunt, & illic Thebas condiderunt. 66
Cilices cines, praestantes Philosophi, &c. 65
Cilices pirata nobilissimi. 63, & sequent.
Cilicium in Romanos insignis contumelia. 64
Cilicium potentia. 65
Cilicia Troiana sine Eleatica. 66
Cilicia primum a Tarsis occupata. 63
Cimbri vernacula sunt nomina propria a Moese enumerata, &c. 13
Cimbrovum & Phrygum sermo idem est. 9
Cimbricus sermo primus & vetustissimus. 10. olim in Hispania, Gallia, Britannia, & Thracia fuit. 5, 4. eius artificium. 10. eo vsus est primus conditor Troianae arcis, &c. 67. Cimbricus verbis vsus est Moyses in inauguracione Iosephi. 9
Ciriium sine Cirtium. 65
Classi instruende necessaria. 36
Climax. 48
Climmen. 48
Clymenus unde dictus. 48
Clymenus dictus Elyssus. 48
Con. 118
Con pro cane, Phrygia vox. 118
Condimentum optimum famus. 31
Coning. 118
Conon astrologus Berenices comam in calum intulit. 108
Corinthus. 61
Cortine. 71
Cuniculorum in Turdetania copia, & venandi ratio. 71
Cur. 42, 116
Curatus unde dictus. 116
Curetes unde dicti. 42, 116
Curetes primi Tartessiacae regionis cultores. 116
Curetes vetera fuerunt Elyssus & Tarses. 117
Cydnus Tarsis fl. 65
Cydnus, uov. 118
Cypselus. 46
Cypseli arca in templo Junonis Olympiae consecrata. 46
Cypselide. 46
Cyrus rex Persarum cur a cane eductus feratur. 117
Cyrus fl. 20
D.
Dadamim. 36
Dam. 83
Dap. 91
Daphca. 91, 96
Deabus, septimus Pseudoberosus in Hispania rex. 27
Decg. 26
Delimercatus celebritas. 65
Derrusa, Derrusani. 54
Deus unde dictus. 60
Deus qua ratione nomen ab aeterno habere, & qua carere nomine, dici possit. 60
Dicit. 40, 60
Digamma Aelicia in aspiracionem frequenter transiit. 30
Diodorus Tarsensis, Grammaticus nobilis. 65
Diodorus Tryphon ab Antiocho Demetrii filio obsessus sibi mortem conscivit. 65
Diogenes Tarsensis, philosophus, & Tragoedia scriptor. 65
Dionysides Tarsensis, Tragoedia scriptor. 65
Dis. 60
Dolitana vallis. 54
Dorius fl. 96
Drusis. 29
Dun, i. collis in Hispania civitatibus nominandis frequenter usurpatur. 54
Duennas op. 54
Dum. 53
E.
E sine Ee. 35, 37, 38, 83
Edux. i. vicinus iureiurando adhibitus, 55. vox variis populis usitata, ibid.
Ebura op. in Hispania. 55
Eburacum op. in Britannia. 55
Eburodunum op. Caturig in Italia. 55
Eburones pop. apud Belgas. 55
Eburum op. Quadorum in Germania, 55
Ecrogma. 77
Edam op. Hollandia. 83
Edom dictus Esau. 75
Edom regio. 75
Ee. 35, 37, 38, 84
Eel. 37, 96
Ei. 23, 35
Eir. 96
Eimo. 29
Eis. 23
Eigen. 23
Eilant. 23
Eiuet, Eiber. 23
El. 37
Elaniticus sinus. 93
Eldana op. 54
Eldun op. 54
Elea ad Cairum. 66
Elea Cyprici. 66
Eleaticus sinus. 66
Eleatica Sicilia. 65, 66
Elana vrbs. 78
Eleana insula in Ionia Attica, dicta Eli domus, &c. 43, 44, 45
Eleusius. 45
Elim op. 91, 96
Elis, eadem qua Belba sine Belbis. 91
Elis in Peloponneso & regionem urbem notat. 91
Elis Olympico certamine olim nobilissima. 45
Elis, Elyssa, sine Elisae, eiusdem hominis nomen. 37
Elloria Minerva. 61
Elus frequenter dicitur Elyssus. 45, 48, 53.
Elus, Elusa, Elut, eadem civitas. 78, 83, 92, 104.
Elut & Astionaber vicina loca sunt in litore maris Mediterranei. 82
Elysa, 36, 37, & seq. nomen variis corruptum. 37
Elysa, Elyssa, Elysus, Elyssus, idem est nomen. 36
Elyssi campi unde dicti. 57, & seq. vbi a veteribus collocati, &c. 57, 58, 59.
Elyssibona & in Lusitania & Peloponneso inuenitur. 50. vide reliqua in Olyssipona.
Elysson fl. & op. in Arcadia. 45, 49.
Elyssus sine Elyssus, Elysa sine Elyssa, &c. unde dictus & quid significet. 36, 37, 53. idem qui Olysses sine Vlysses Homericus, 52. eius nomine nihil nobilius apud Iones ante Homeri aetate fuit. 36, & seq.
Elyssus e vera historia petitus, Olysses vero Homericus totus fingentium est. 51, 52
Elyssus frequenter Elus dumtaxat vocatur. 53
Elyssus Iouis maximus natu filius, frater Tarsis, nepos Iapeti, Nochi pronepos. 35, 38, 47, 56, 108. eius filij, Lydus, Car, Lycus & Mysus. 40, & seq.
Elyssus & Tarsus duo primi conditores Atlantici orbis & Hispania. 35, 61, 68, & seq. 116.
Elyssus quas gentes condiderit, & que loca primum habitauerit. 38, 50.
Elyssus diligenter Agypti & vicina loca inuestigavit. 84. eius navigationes & peregrinationes. 43, & seq. 48, & seq. 52.
Elyssus

INDEX

Elysius dictus Atys, 39, dictus Clymenus, 48, & Hesperus, 53, & Pelops, 48, & Phoroneus, 44, potuit & vocari Oceanus, 108	spania rex, 28	tur, 30
Equa vento concipientes, 50	Gessen Egypti regio, 85, 86	Hercules cur Geryonem occidisse, & eius bones abegisse feratur, 118.
Equorum in Lusitania & Gallia fecunditas atq; pernicitas, 50	Gelueff, 31	Hermiones, 29
Equorum nobilium stirpem à Peloponneso in Lusitaniam venisse, 50	Gommeri, 8	Heros, 57
Erythra rex Persarum, 78	Gon, 115	Heroum ciuitas, 83, 89
Erythraum mare vbi transgressi sunt Israelita, 90	Gordi, 44	Hermus, 88
Elias dictus Edom, 75	Gorgones vnde dicta, 115	Hesperus, 28, 30, & sequent.
Etam vnde dicatur, 84	Gorgones tres, & earum nominum interpretatio, 115	Hesperus & Atlas fratres, 30, 109
Eta solitudo que sit, 83, 84, 89, 96	Gorgones insula, 115	Hesperus vocatus Elysius, 53, & Hodyseus, 109
Europam totam principio Iapeti posterii habitauerunt, 34	Goropius vnde dictus, 44	Hesperus Vencriis stella quando dicatur, 32
Euryale vna Gorgonum, 115	Ghoda vnde dicta, 19	Hesperia proprie Hispania vocatur, &c, 32, 33, 53
Eurynome, 26	Ghoda mater Iubalis, 19	Hesperia cur Pania dicta, 56
F.	Gigas mons, 67	Hesperia & Peloponnesi similitudo, 56
Fatum, 84	Gyg, 19	Hesperides Atlantis filie, 109, & sequent. à Busfride raptæ, ab Hercule liberata, 30
Fex, 30	Gratit, 77	Hesperides insule, 109, & seq.
Fex, fecis, 63	Grata, 44	Hesperis Atlantis uxor dicta, 109
Fircus primus dictus Hircus, 30	Grast, 89	Hesperium promontorium, 109
Fornicularius mons, 20	Gratia, 44	Hesperium Oceanus, 109
Fotec, 30	Graj, 44	Hipa, 71
Folium, 19, 38	Graj, 44	Hippicum, Argos, 63
Fordcum primus dictum Hordeum, 30.	Gratiæ, 26	Hippodamia, 60
Franciscus Tarapha Historiographus, 4, & seq. 6, & seq.	Grauen, 89	Hircani pop, 19
Fur, 38	Graue, 89	Hircus, 30
G.	Gug, sine Gyg, 19	His occidentem denotat, 55
Ga, 19	H.	Hispalis vnde nomen habeat, 34
Gaber, 77	Habis alter Tartessacorum rex, & eius nomenclatura ratio, 117	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gabrie castra, 103, 104	Habito, 39	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gadaria, 76	Hac, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gai, 17	D. Hadriani sacellum & antrum, 56	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gai, i. terra, 17	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gaiacum lignum, 113	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gaibal, 17	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gaius & Gaia, 17, & sequent.	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gant, 55	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gargoris vnde dictus, 117	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gargoris primus rex Tartessorum, 117.	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gasterot, 103	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gaza vrbs, 76	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gazarum portus, 76	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gebona, 103	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gedeon vbi & circa que loca Madianitas vicerit, 92	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Genesis liber, 6, & sequent.	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gera, 27	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Germani à Thogarma nomen accepisse videntur, 25	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Gerra, 77	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Geryon, quis, & vnde dictus, 118	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78
Geryon octauum Pseudoberosum Hispania rex, 28	Dag, 26	Hispalus, nouus Hispania rex a terunt, 78

IN HISPANICA.

Hodyseus Hesperus vocatus, 109	Ienysus op, 101	diterraneum mare regressus, 101, & sequent.
Hodyseus quare dictus Elysius, 57	Ietro sacerdos Madianita vbi habitavit, &c, 97	Issue, i. exinus, 68
Hoi, 63	Ignis inuentor Phoroneus, 44	Issus Sicilia in Syriam exitus, vnde nomen accepit, 68
Homerus natione Ion fuit, si quomodo conscripserit Odysea, & vnde finxerit Olyssum, 51, 58, nihil certi de rebus Hispanicis nouit, 59	Ilex vnde dicta, 96	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hor mons, 75, 103	Ilex arbor, & eius natura, 94	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hordeum, 30	Ilex fuit Rabus Moysis, 94, & sequent.	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Huis, i. domus, 54	Illissus fl, 43	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Huis, i. portus, 68	Inachi & Ius fabula, 44	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Huissier, i. portarius, 68	Ingeuones, 29	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hus, nepos Edom, 98	Io, 44, Ius & Inachi fabula, ibid.	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hus regio, 98	Iob, 98	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hyades, 110, & seq.	Iobal sive Iubal Albania op, 18, & sequent.	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
I.	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iabal, 19	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iamma, 76	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Ianus vnde dictus, 19, 49	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Ianus est Iapetus, 24, 49	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapetus dictus Ianus, 24, 49, di- tus & Cadmus, 63	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapetus Nochi filius, Ionis & Tubalis pater, Elyssi auus, 6, 47	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapetus apud patrem Nochi manet, 8, fratribus Sem & Cham coloniam deducantibus, &c, 7, 8	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapetus que loca primis post cacachymum incoluerit, 8	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapetus Ioni filio insulas dedit inhabitandas, &c, 35, 36	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapeti posterii Europam totam principio habitauerunt, 34	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iapeti filiorum duo genera, 19	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Ianan nomen corruptum, 35, & seq.	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Ianan pater Ionum, 35	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iber, 23	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iber que ratione vocari possit, 22	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberus, 22	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberus, Iberi dicti à Iosepho, 5	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi, 3, & sequent.	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi dicti Hispani, 21	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi Moschorum & Scytharum cognati, 19, 20	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi vbi conditi à Tubale, 5, 19	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi primus in Asia quam in Hispania sedes fixerunt, 21	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberi qui fuerint, & vbi habitauerint tempore Vespasiani, 3	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia Orient. vnde dicta, 22, 3	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia vnde Hispania appellata, 22, & sequent.	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia primi conditores Elysius & Tarsus fratres, 35, 61, 62, 116	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia primus conditor falso existimatur Tubal, 3	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia depraedationes, 118	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia subacta, Romani eod seruos ad aurum effodiendum miserunt, 72	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Iberia historiographis quosque credendum, 1	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hodyseus vnde dictus, &c, 53	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84
Hody-	Iobal op, 18	Isthemum perferdere, prohibitum oraculo, 83, 84

INDEX

viographus. 3, 6, & seq.	Saturnus dictus Noctus. 49	Sphaera artificialis axes duo. 107
Prolemus rex astrologiam didicit à Conone. 108	Scala quibus ad Deum ascenditur, &c. 11	Spina figura, & significatio, & mysterium. 95
Pus. 79	Scena, &c. 89	Spu. 79
Pyrenemones. 72	Scepen, Sceppen. 102	Spuis, ere. 79
Pyry. 25	Scopus. 79	Scannum in Hispania nascitur. 73
Q.	Scotus. 79	Scenae. 85
Qua. 91	Scriptura sacra à quàm plurimis in calumniam rapitur. 6, & sequent. 20	Stenyo vna Gorgonum. 115
Quando. 13	Scytharum cognati Iberi. 20	Stil. 19
Quis, Qui. 13	Scythismum secunda atas. 10	Stilla, mater Thubalcain, vnde dicitur. 19
Ra. 62	Sebendunum op. 54	Stin. 91
Rabini voces non intellectas Aegyptias esse dicunt. 80	Seer. 62	Stin sine Sin desertum. 91, 101
Ramagassa. 86, & seq. 87, & seq.	Seer. 88	Stor dicta Tyrus. 78
Ramagassa eadem que Buziris. 87	Segusa sine Segisa op. 54	Strabo Geographus. 75
Ramesse quid significet. 85	Seir cognominatus Esau. 98	Stratonis turris. 76
Ramesse. 85, 86, 87	Seir montes vnde nomen habeant. 98	Strultus, Strultria. 38
Raphaim vallis. 92	Selbonis lacus idem qui Serbonis. 91, 101.	Strultus quis verè dicendus. 38
Raphia, Raphaa. 76, 92, & seq. 96, 100	Sem & Cham colonias deducunt. 7, & sequent.	Suchor. 89
Raphidim. 92	Sennaar campi. 8	Sucule, Hyades dicta. 110
Rat. i. celer. 62, 69	Senechtus colenda est summa reuerentia. 15	Suis Hieroglyphica significatio. 110
Recht. 86	Seph. 85	Sup. 79, 80, 81
Rectus, a. um. 86	Sepharad. 33	Saph sine Saph mare. 79, 80, & sequent.
Regen. 88	Serbonis sine Selbonis lacus. 75, 90, 91, 101	Sur opid. & desertum. 83, 90, 96
Regina, stagnum Tarsensium. 65	Sere. 88	T.
Rego, is, ere. 86	Sernorum ad metalla deputarum calamitas. 72	Tafalla op. 4
Rex. 63, 86	Set. i. colloco. 13	Taormia. 25
Regis laudati, & canis officia. 118	Set. filius Ada, vnde dicitur, &c. 13	Tagus sine Orma quintus apud Pseudoberosum Hispania rex. 25
Regibus vigilandum, &c. 16	Setubal op. 4	Tagus fl. vnde dicitur, &c. 26, & sequent.
Rehenn. i. purus. 22	Si. i. eo. 68	Tai. 43
Rhennus fl. vnde dicitur. 22	Sibylla antrum. 59	Tantalus vnde dicitur, &c. 48
Rhennus dicitur Iber. 22	Sin solitudo. 91, 96	Tantali apud inferos cruciatus causa & expositio. 48
Rhennus Zelotypus, parres adalterinos suffocabat. 22	Sina vnde nomen habeat, &c. 94, 95, & sequent.	Tar. i. tardus. 63, 69
Rhinocolura. 76	Sina & Sinai scribitur. 92	Tarapha Barcinonensis, Historiographus. 4, & sequent.
Rigusa op. Carpetanorum. 54	Sina sine China populus Indiae. 94	Tarditas nostra nos ad Tartarum detrahit, &c. 69
Rijch. 101	Sinai desertum. 92, 93	Tarracon. 4, 5
Rivalis. 23	Sinai mons quis sit, & ubi situs. 92, 93, 94, 96	Tarsa, vicus in Euphratis ripa. 63
Romani Hispania subacta, ed serenos ad aurum effodiendum miserunt. 72	Sinai mons vulgo creditus nulla aquarum penuria laborat. 99	Tarseion op. 70
Romulus cur à Lupa enutritus fingatur. 117	Sip. 81	Tarsita pop. 70
Rota. 78	Sipho onis. 81	Tarseni pop. 70
Rubus Moysis fuit Illex. 94, & sequent.	Sit, Site. 88	Tarses sine Tarsus vnde dicitur. 62
Rubi arboris feracitas & natura. 94	Sirbon sine Sirbonis, lacus Palestinae. 76	Tarses sine Tarsus Ionis filius Elyssi frater. 43, 49
Rubrum mare. 78	Sirenuse insula. 59	Tarses & Elyssus fratres simul in Hispaniam appulerunt. 68
S.	Sisapo. 71	duo primi conditores Hispaniae & Atlantici orbis. 35, 62, 116, & sequent.
Saca pop. 8, 19	Sit, Stot. 40	Tarses qua loca in Hispania tenuerit. 68, & seq.
Sacstones à Sacis nomen ducunt. 19	Solis in Oceanum descensus, &c. 32	Tartarus in occidente à Poëtis collocatur. 58, 70
Sal. 34	Soluus, is, ere. 30	Tartessus regio, & vrbs in Hispania. 43, 68, & seq. 70, 106
Sam. 85	Sapph. 79, 80, 81	Tartessus sine Tarses potest dici Atlas. 109
Sandaracurium. 67	Sphaera artificialis inuentor Atlas. 108	Tarsus sine Tarses, vtroque modo, potest dici, Iouis filius, Cilicum conditor. 68
Sarphat. 33		Tarsus vrbs Cilicia vnde dicitur, & à quo condita. 36, 63, 70. omnium disciplinarum genere florens. 64
Sassuras arboris vires. 113		Tarsus altera in Bithynia. 63
Saturnia dicta Italia, &c. 49		Tartarus, locus inferorum, vnde dicitur. 69

IN HISPANICA.

uenerit. 68, & seq.	Ternarius numerus. 16	Troici montes. 90
Tarses Tartessum condidit. 43, 105, primam Ciliciam occupauit, & condidit, &c. 36, 63, conditor Arginorum in Peloponneso, &c. 63, partem regionis fratri suo Cetim concessit. 65, primus fuit eorum qui in Ophir à Tarsis seu Tarsesso nauigarunt. 105, & sequent.	Terra quod tarditatem colligat, terrena omnia sunt relinquenda. 69	Triti. i. sus. 67
Tarses multa nomina habuit. 106, dicitur Atlas. 53, 106, 115, 116, dicitur Cilix. 63, dicitur & Phorcys. 115, 116	Tetragrammatum nomen. 9	Tudela op. 4
Tarses & Tartessus eadem regio. 104	Teutonicus dicitur Africanus. 26	Turdetania felicitas. 71
Tarsis regnum in sacris litteris quod fuerit. 70	Teutonicus sermo ante Diluuium fuit. 13. Vide Cimbricus sermo.	Tus. 42
Tarsis regnum Salomoni aurum & argentum mittebat, &c. 73	Thabal pro Thubal quidam dicunt. 11	Tyrreni à quo originem acceperint. 49
Tarsis & Ophir cognatio, &c. 105	Thabelaca. 11	Tyrus antiqua. 76
Tarsis narium celebratas. 73	Thabelaca. 62	Tyri & vicina regionis situs ex Strabone. 76
Tarsenses sunt Tarsessiaci. 73, & sequent.	Tharbes, Vide Tarses. 67	V.
Tarsenses cines, praestantissimi Philosophi, &c. 65	Thabea vnde dicitur, à Cilicibus condita. 66. ab Achille euerse. 66	V consonans, & B, cognate potestatis littera. 24
Tarsensis nauigatio quinam tres annos postularit. 104	Thabea multa fuerunt. 67	V simplex digamma frequenter in aspirationem transit. 30
Tarsensis nauigatio & nauigatio Ophiria, eadem est. 104, & seq. 112	Theman regio. 98	Var. 30
Tarsus planta. 69	Theobaldus. 12	Vard. 33
Tarsus sine Tarses, vtroque modo, potest dici, Iouis filius, Cilicum conditor. 68	Theodobaldus. 12	Vestri prius quam Veho dixerunt Latini. 30
Tarsus vrbs Cilicia vnde dicitur, & à quo condita. 36, 63, 70. omnium disciplinarum genere florens. 64	Thes. 60	Veneris stella quando Hesperus, & quando Lucifer dicitur. 32
Tarsus altera in Bithynia. 63	Thesphoros dicta Ceres. 45	Venti principales quatuor. 29
Tartarus, locus inferorum, vnde dicitur. 69	Thesphoria Cereris sacra Eleusis instituit. 45	Ventorum species triginta duae. 29
Tartarus in occidente à Poëtis collocatur. 58, 70	Thobal, pro Thubal, apud Iosephum. 11	Ventorum nomina omnia Cimbrica sunt apud cuiusvis nationis naucleros. 29
Tartessus regio, 68, 70, eius felicitas. 71, & seq. eius primi cultores, Curates. 117	Thobel. 3	Ver. 30, 112
Tartessus sine Tarses, idem cum Tarsis. 73, & sequent.	Thobeli. 3, & sequent.	Veritas Historia, &c. maximi facienda. 5, & sequent.
Tartessus primus rex Gargaris, secundus Habis. 117	Thobeli quas sedes habuerint. 5, & sequent.	Versus. 33
Tartessus Batis fl. dicitur. 68, 70	Thobelaca op. 5, 11, 16	Verinum lignum. 113
Tartessus regio & vrbs in Hispania. 43, 68, & seq. 70, 106	Thogarma. 25	Ves. 84
Tartessus sine Tarses potest dici Atlas. 109	Thubal vnde dicitur, &c. 11	Vesper. 29, 30, & sequent.
Taurus astrum Venerem. 111	Thubal Japeti filius. 6. Albanorum primus rex. 23. quas vrbes in Albania condiderit. 15, 18, 19. quod coloniam duxerit, &c. 11. vbi Iberos condiderit. 5. Thobelos ad Caspium mare condidit. 6. primus Hispania conditor falso existimatur, &c. 3. eius nullum existat monumentum in Hispania, &c. 4. eius posterii Albani Iberiam occuparunt. 19, 20	Vesperus, Veneris stella. 32
Taurus mons. 7	Thutphat. 80	Vest. 84
Tectosaces ex Asia in Galliam venire inde in Graciam profecti, vnde post in Asiam redierunt. 21	Thygramma. 25	Vigilandum cum omnibus, tum potissimum principi, & populorum pastori. 16
Telamon. 112	Ti. i. co. 68	Vitis vbi inuenta à Nocho. 7
Tephlin. 80	Tit. i. tempus. 68	Vitta. 80
	Titi ex Alexandria in Indeam profectio. 96	Vlysses vnde dicitur. 52, 66
	Toem. 20, 61	Vlysses Latinis, qui Graecis Odyssus. 51
	Togorma. 25	Vlysses verus, & fictitijs. 51, 52
	Ton. 46	Vlysses sine Olysses Homericus, idem qui Elysa Moisaicus. 52
	Tor oppidum, & desertum. 83, 90, 96	Vlysses Homericus totus purum purum figmentum est. 59. vnde eum finxerit Homerus. 51, 59. Ithacensis fingitur. 51. apud Occidentales quam apud Graecos notior. 51. an extra Herculis columnas nauigauerit. 58. eius nauigationes, & errores. 52, 53
	Traiani fluius in Aegypto. 89	Vm. 41. Vn. 116
	Tripodis & ternarij firmitas. 16	Vij, Vjheit. 24
	Troia vnde dicitur. 67	Vue
	Troiana Cilicia. 66	
	Troiana arcis primus conditor Cimbrica lingua est vsus. 67	

INDEX IN HISPANICA.		
<i>Vna, quam è terra promissa Mosi</i>	Wart, Wert.	33
<i>speculatores attulerunt, magni-</i>	Wer.	23
<i>tudo.</i>	Wesk.	29, 31
	Wesk nominis ratio quadruplex.	65
	31, & sequent.	
W.	Win. i. lucrum, possessio.	13
<i>W in quas litteras mutetur.</i>	Win. i. lucror.	91
29	Wis.	31
<i>W sapè à Latinis, Græcis, & He-</i>	Won.	35
<i>brais reicitur, nulla alia litte-</i>	Wt.	33
<i>ra substituta.</i>	Wulpi.	91
29		
Waker.		33

FINIS INDICIS.

IOAN. GOROPH BECANI HISPANICA.

LIBER I.



VANDO omnis veteris historiae fides ex eorum auctoritate pendet, qui res à maioribus gestas litteris mandarunt; diligens nobis cautio fuerit adhibenda, vt grates & idoneos scriptores in originibus indagandis sequamur: inter quos diuinus Moses vt omnium est vetustissimus, ita omnibus reliquis tanto antefendus interuallo, vt solus norma debeat haberi & amissis omnium antiquitatum. Neque enim à sacerdotibus tantum Ægyptiis, à quibus fuit omni disciplinarum genere diligenter excultus; sed ab ipso quoque numine accepit hinc omnium rerum præteritarum memoriam, hinc legem, ritus sacros, & totius salutis humanæ per Christum confendæ oracula. Huius itaque vestigiis tantisper nobis est hærendum, dum Ogygia primorum parentum enumeratio scriptis eius continetur, cui mox ceteri libri sacri succedent, siue vaticiniis, siue rerum gestarum narrationi, siue laudibus diuinis, siue sapientiae docendæ dedicati. Porro ceteris vel nostris vel exteris ita tandem credemus, si & cum prioribus illis non pugnent, & ipsi tum sibi tum aliis consentanea docere deprehendantur. Quod si Phœnicum monumenta à Thedoto, Hypsicrate, & Mocho litteris prodita; & ab Asito in linguam Græcam versa ad nos peruenissent; non dubito quin clariùs & certius in Hispanica vetustate versaturi fuisset. Inter alios etiam veteres auctores nullum æquè videre vellem atque Iubam primum vtriusque Mauritaniæ Regem, in cuius libris non pauca credo fuisse, quibus omnia, in quibus nunc cæcisumus, reddi potuissent clariora. Asclepiades Myrlianus, Grammatices olim in Turdetania doctor, de Hispanis gentibus olim librum edidit; cuius minore desiderio ob id tenemur, quod de paucis, quæ apud Strabonem extant, facile sit coniectatu vix quicquam eum præter Græculas fabellas litterarij lusu ritu contexuisse, totamque Hispaniam Hellenis, Teucris, Amphilocho, sociorum Herculis, aliorum nescio quorum posteris occupasse. Sed quando frustra ea quæ hominum aut negligentia aut iniquitas aboleuit desideramus, eorum quorum libri in manibus versantur, opem imploremus. Inter hos primum sese nobis offert Berofus, Babylonius Beli Alexandri ætate sacerdos; insignis profectò auctor futurus, si titulo magnifico scriptorum veritas responderet. Nos quid de illis quæ huius nomine circumferuntur sentiamus, in principio Croniorum exposuimus; ad quæ possem nunc lectores amandare, nisi vererem ne non omnibus ad manum sint futura. Nec video quid impediatur quo minus hoc loco iterum breuiter repetam quæ illic copiosius sunt explicata. Certè quicquid hætenus vsquam vidi de primis Hispanorum maioribus conscriptum, id huius ferè solius auctoritate niti cerno; cuius fide vel in dubium vocata, vel etiam prorsus abrogata, conscinditur & dilabitur tota illa Regum antiquissimorum series, quorum faustis nominibus principes totius regionis partes sese nobis insinuant atque commendant. Quamobrem haud scio pudeatne magis cæci illorum erroris qui tam vano fabulatore temere crediderunt, an magis mihi doleat neminem hætenus reperiri, qui certi quippiam de primis nobilissimæ terrarum partis conditoribus litteris prodiderit; præsertim cum nulla ferè natio gloriæ de maiorum claritate sibi vindicandæ vel amantior habeatur vel ambitiosior. Iactatur Thubal, iactatur Iubal, iactatur Brygus. Quid multis: Tagus, Bætus, Hispalus, Hispanus, Hesperus, & id genus alia nomina reges fuisse scribuntur; magna illi quidem eorum consensione qui Hispanicæ origines scriptis suis illustrare moliantur; verum non video quæ huius tam nugacis & ridiculi commenti queat esse approbatio apud homines paulo quàm vulgus sit eruditiores. Nos iam mox demonstrabimus nihil in his solidæ tinnire veritatis, nec magis Lancobrigum à Brigo, quàm vel Roto-

A magum

Moses anti-
quitate om-
nium norma
& amissa.

Historiographi
quoslibet
credendi sunt.
Phœnicum mō-
numenta.

Iuba Mauri-
taniæ rex li-
bros edidit.

Asclepiades
Myrlianus.

Berofus quæ-
suerit &
quando vix-
erit.

Berofus libri
fides abrogat-
ur.

Hispanorum
sunt reges.

Berosus Pseudoberosus pugnanti dicit.

magum à Mago, vel Lugdunum à Lugdo conditum fuisse. Vt enim vetustum illum Berosum plurimi facimus aliorum testimonio innixi, ita hos libellos qui Berosi nomine sibi afferere conantur auctoritatem, vanissimas nugas esse asserimus; nedum genuinum Berosi Babylonij partum fateamur, à quo tam immani absunt intervallo, ut contraria etiam & ex diametro cum hoc pugnancia impudentissimè nobis obtrudant. Quæ pseudoberosus hic noster de Semiramide prodit, ea Beli sacerdos Græcorum fabulas esse scribit, nec quicquam habere veritatis; uti cuius licet apud Iosepum videre Berosi verba recitantem. Sunt & alia à pseudoberoso omissa, quæ à vero Beroso fuerunt litteris tradita: inter quæ illud est de Abrahamo à Iosepo annotatum, cuius meminit suppresso nomine in hanc ferè sententiam: Decima post diluuium ætate erat apud Chaldaeos quidam iustus vir, magnus & celestium peritus. Hunc autem, cuius Berosus mentionem fecit, Abrahamum fuisse ex Hecataeo Iosepus docet; qui integrum librum de Abrahamo scripsit. Addit etiam Nicolai Damasceni verba, quibus Abrahamum celebravit. Quid hic Berosus noster alieno sese nomine venum protrudens? Pisce magis mutus est, cum alioqui tam insignem locum præterire non debuisset, si apud doctos etiam, non modò apud imperitum vulgus, Berosus voluisset videri. Iam Berosus Assyriorum & Chaldaeorum res memoriæ prodidisse scribitur; minime verò aliarum gentium; nisi qua parte coniunctæ fuerunt. Quòd si Thubalis & Iberi, & reliquorum deinde Regum, qui Nino vel superiores vel æquales fuerunt, vel mox subsequenti, Berosus mentionem fecisset; quæ tanta fuisset tum Eusebij, qui omnis veteris historiae, cuius idoneus modò scriptor exstaret, verus fuit heluo, tum ceterorum fuisset negligentia; ut quæ tam disertis verbis à Beroso de Hispanorum Regibus prodita haberent, ea ne nutu quidem vno indicarent; cum tamen multo quàm ea quæ de Sicyoniis & Cretenisibus diligenter ad calculum Chronologiae vocata sunt; illustriora videri debuissent, partim ob tam clara fluminum, montium & opidorum monumenta; partim ob ipsius auctoris fidem apud omnes probatissimam. Eusebius scilicet illa perpetuo silentio multasset, quæ Chaldaeus scriptor tanto terrarum intervallo ab Iberia remotus tot antè annis celebravisset. Sed valeant hæc. Fuerit tam invidus Hispanicæ & vetustati & laudi Casariensis Chronicorum scriptor, ut quæ de Berosi libris recitare potuisset, ea supprimeret atque celaret: quid interim illud faciemus, quòd pseudoberosus quinque libros scripserit, verus autem Berosus tres dumtaxat de Chaldaeorum rebus compositos Antiocho dedicavit? Egregium verò historionem, qui pro tribus quinque exhibuit actus: quos sanè credo eum de Comœdiis aut Plautinis aut Terentianis in historiam suam transfuisse. Ineptus sim, si pluribus ostendere coner, hunc Berosum è quo Annius & alij suas suxerunt antiquitates, nihil minus esse quàm germanum Berosum, ob id maximè, quòd id abundè à me præstitum sit in Croniorum exordio. Quòd porò ad Manethonem attinet, quin & ille falso se nomine vendit nemo dubitabit, qui animaduertet quàm singulari solertia, veluti succenturiatus quidam mendaciorum arcis miles, pseudoberosi stellationi opem ferat, dum nebulonis iam mentiendo defatigati lampada suscipit, illic mox tabulas falsas extorsurus, vbi alter modum imposturis suis fecit. Et statim in præclari operis sui initio periura sua testificatione Pseudoberosi scripta omnibus nititur probare, dignus sanè qui cacanti lasanum subministrat. Priscus ille Manetho solam Aegyptiorum Regum historiam scripsit, eundem faciens finem scribendi quem Nectanebus vltimus gentilis Aegyptiorum Rex imperandi. Quid verò hic vel de Hispania vel Gallia scripsisset, cum illo tempore, ad quod historiam suam produxit ac terminavit, vix ipsis Romanis quicquam rerum Celticarum exploratum fuerit; nedum Aegyptiis aut Græcis? quod ex Polybio, notas sua ætate regiones describenti, clarissimè discas. Bella profectò successio narrationum, quarum altera Assyrias res ad Darium vsque vltimum Persarum Regem deduxit; altera, quæ priorem excipere dicitur, non paullo antè finitur; eo nempe tempore quo Ochus adhuc regnabat, cui post filius Arsēs, huic Darius successit; & interim non Assyrias, sed Aegyptias res exponit. Potuit hic bonus successor non paucis antea annis mortuus esse, quàm Berosus historiam suam legendam dederit Antiocho, tertio post Seleucum Asiæ Regi. Quis tale vniquam vidit hysteron proteron? quis tam absurdam peruersitatem? ut quæ antè ad terminum suum perducta sunt, dicantur illis successisse quæ & post finientur, & minimè in eodem stadio decurrent. Mitto nunc absurdissima commenta; inter quæ cum alia, tum Francus Hectoris filius Francos condit: qua in re in diuersa omnia abiens sententiam meam in Francicis aperui, docens multis seculis ante Troiam

Berosus tres tantum, Pseudoberosus quinque libros scripsit.

Manethonis historia falsi conuincitur.

Troiam conditam, nedum euersam; clarum Franci nomen fuisse. Sed quid miremur hos duos mulos mutuum scabentes; cum idem hic ineptissimus mendaciorum furor, qui nobis hos nugiuendos impostores in forum produxit, tertium addiderit, quem Metasthenem pro Megasthene nominavit, insigniter in re omnibus doctis perspicua hallucinatus? Annius dignum se præbens patella operculum; Metasthenem de iudiciis inscribit; arbitratus se nobis protrusurum celebrem illum Megasthenem de iudiciis. Vide ineptias: nec equidem eas dignas vniquam iudicasset quas in doctorum hominum cœtu refellerem; nisi viderem non modò inferioris notæ scriptores, sed eruditiores etiam vel ab hoc Metasthene vigilantis Annij somnio decipi, vel cum iis quæ scribit digladiari: quod magis ridiculum est, quàm si quis insanus ictibus cum vmbra sua pugnet. Quod si cui placet prolixius cum vanissimis id genus titulis luctari, is illa legat quibus perpetuo exilio addixi totam illam enneadem ab Annio in aciem productam, quam clarissimis nominibus commendauit, Beroso nimirum, Manethone, Metasthene, Myrsilo Lesbio, Archilocho, Xenophonte, Catone, Sempronio & Fabio pictore: quibus si Philonem cuni breuiario siue enchiridio suo addas, insignem manipulum furum compleueris. Scripsit olim de temporibus tres libros Ptolemæus Mendæius sacerdos, quibus res Regum Aegyptiorum complexus est; qui cum fortasse desiderarentur, vel Annius vel nescio quis alius, Metasthenem & Philonem supposuit, in quibus tam malè mentiendi munere fungitur, ut me pudeat graues viros fuisse & bene accurateque omni chronologia instructos, qui valde operose Metasthenis errores vel refellere vel excusare laborant: quasi verò vllus vniquam Metasthenes inter veteres historiae scriptores exstisset. Nos itaque sic in hac proposita obscurissimæ antiquitatis indagine versabimur, ut eorum auctorum vestigia lectemur quorum testimonia nec à Mosè recedunt, nec verisimilitudinem deserunt; quam maximè scriptorum veterum & rationum consensu, qui verus lapis Lydius est, probabo: si tamen mea importunè prius obtrudam quàm quæ hæctenus pro veris & habita & lecta fuerunt refellam, in ipso statim limine fortassis ut impudens rerum bene constitutarum perturbator exhibilabor: & rursus si omnia quæ de falso inscriptis auctoribus deprompta sunt, sigillatim prius falsitatis euincam quàm meam proferam sententiam, vereor ne nimia prolixitate non tam gratiam quàm odium mihi sim paraturus, cum apud ceteros, tum apud illos maximè, qui tam veritatis sunt auidi, ut aegre ferant si quis viam & rationem Peripateticorum magistro familiarem sequatur. Hac de re mihi dubitanti illud euestigio rectissimum iter visum est, ut tritam viam sequendo, Hispanorum Regum nomina enumerarem ea serie qua ab omnibus hæctenus qui de iis scripserunt recensentur, & in singulis meam adderem non dico censuram sed opinionem; quam si bonis doctisque viris probauero, amplum mihi laboris mei pretium consecutus videbor; sin minus, ipse tamen gaudebo me hoc partu liberatum esse, cum nihil mihi sit molestius, quàm quæ meo solius cerebro hæctenus concepta sunt, ea non posse cum aliis communicare.

Metasthenis historia fides conuincitur.

Megasthenes celebris historicus.

Ptolemæus Mendæius.

PRIMUM igitur Hispaniæ conditorem Tubalem fuisse scribunt: non illud quidem è solo pseudo-Beroso, sed ex ipso etiam D. Hieronymo, qui Iosepum scribentem, Thobel Thobelos, qui nunc Iberi vocantur, condidisse; sic interpretatur, ut Iberorum nomine Hispanos intelligat: cui tamen sententiæ quosdam refragari dicit, quibus placuit à Thubal Italos oriundos fuisse. Examinanda hoc loco diligenter Iosepi verba, quorum auctoritate nixi ceteri Thubalem primum Hispaniæ Regem inaugurarunt. κατὰ τὴν ἑβραϊκὴν γλῶσσαν, id est, Condit autem & Thobelos Thobelus, qui nunc Iberi vocantur, quo loco Tau litteram & suo & antiquo Hebræorum errore cum adspiratione scribit: qua de re rursus idem scriptor me pluribus agere coget. De vocalibus in eadem voce mutatis èd minus sum sollicitus, quòd sciam non satis certam & perpetuam esse apud omnes Hebræos earum pronuntiationem. Audimus hic à Tubale siue Thobelo Thobelos conditos, qui tempore Iosepi Iberes vocarentur. Græci Iberos Hispanos vocant, vnde D. Hieronymus collegit à Thubale Hispanos oriundos esse. Verùm tempore Vespasiani ab iis quibus cum Iosepus versabatur, Iberi non vocabantur qui ad occidentum Oceanum in Europa habitabant, sed qui Caucaiseis montibus inclui inter mare Caspium & Pontum Euxinum agebant. Illi enim tunc Hispani nominabantur: quod Iosepum nullo modo latere potuit, ut cum qui cum Imperatore &

Tubal primus Hispania conditor falsò existimatur. Thobeli Iberi.

Iberi tempore Vespasiani qui fuerunt, et vbi habitauerunt.

Mofci unde
hincant origi-
nem. Et quae
sedes olim,
quas nunc
habeant.

Nullum Tu-
balis monu-
mentum existat
in Hispania.
Franciscus
Tarapha.

Setubal.
Tafalla.

Tudela.

Tafalla.

tota eius praetoria cohorte & familiaris & assiduus esset. Salua ergo aliorum pace, ego Iberos hoc loco eos accipiendos esse arbitror, qui tunc temporis à Romanis Iberi nominabantur. Cur ita sentiam non ipse modò facit Iosephus, sed coniunctio ipsius Tubal & Mosoch in Iapeti filiorum enumeratione: quorum hunc Moscos dedisse ad eandem terrae plagam cum veterum omnium scriptis citra controuersiam traditum est, tum satis demonstrat hodierna eiusdem gentis habitatio: quae nunc montibus, in quibus olim circa Iberos degebat, relictis, in amplissimam planitiem commigrarunt: vbi longè lateque imperij sui fines, non citra grauem accolarum oppressiorem, & promouerunt olim, & hactenus promouere non cessant. Accedit & illa huic meae opinioni non exigua comprobatio, quòd nullum in tota Hispania vel quondam exstiterit, quantum quidem memoriae veterum scriptis traditum habemus, vel nunc exstare audiatur Tubalis monumentum: quamquam non ignoro hac parte mihi mox ignorantiae crimen obiectum iri cum à ceteris fortasse, tum maxime à Francisco Tarapha Barcinonensi, qui librum scripsit De origine ac rebus gestis Hispaniae Regum: in quo simul ac Tubalem primum regem constituisset, confestim addit urbem esse in Bætica Tubal nomine, quam deinde mutato vno elemento Dubal dixerint, vti de Pomponij Melae auctoritate clarum esse dicit. Equidem ingenuè fateor me hactenus nescire vsquam apud hunc elegantissimum terrarum pictorem Dubal inueniri, vti neque apud alium quemquam veterum Geographorum. At suppetias memoriae meae fecit Tarapha aiens Dubal à suo, nescio quo, Melae descriptum, Setubal nunc vocari. Hic ego rursus mirari satis non possum quid sibi velit, dum Dubal in Bætica modò de falso Pompeiani nominis praetextu collocatum, transfert ad mediam propè Lusitaniam, in qua Setubal opidum ostio Calipodis fluiuij adiacet, quem nunc Palmam appellant. Verùm video quid Tarapha acciderit: Dum à nugatore suo Annio accepisset, Dubal Melae vnam esse de praefcis Bæticae ciuitatibus, nec eam in testimonij tabulis reperire posset, confugit ad Setubal, non Anam modò latissimum, sed ipsum etiam Calipodem vnà cum media Celtarum regione insigni saltu praeruectus. Fuit sanè hoc loco Tarapha nimium credulus, dum Viterbiensi nugatori Dubal in Bætica collocanti fidem habet citra diligentius testis examen; & iterum nimis praereps adiutor mendacij, dum quae de Bætica dicuntur, subitò in Lusitaniam transfert. Et cum animaduertisset inualidam prorsus atque elumbem figmenti Anniani rationem esse, nec apud Melam quicquam exstare cuius tibicine Tubal Bæticae firmaretur, subitò ad Vascones, qui nunc Nauarri nuncuparentur, per fugit; apud quos ad Iberum Tudelam opidum commodum inuenit, in cuius nomine satis clara atque euidentis memoria Tubalis audiretur. Dicit enim olim Tubellam nominatam fuisse, atque inde, vt fit vitio hominum veræ antiquitatis imperitorum, Tudelam vocari coepisse. Eadem elegantia ex Tafalla, quod opidum paulò propinquius iugis Pyrenaeis subest, commentus est nobis praescam urbem Tubalam.

Miram sanè video sollertiam Taraphae in Anniani idoli curatione, quam videns non bene successisse in Bætica, longè terrarum extra Iberum quaesuit medicamenta. Sed quis te rogo generose Tarapha docuit, Tafallam & Tudelam apud antiquissimos illos Hispanorum maiores Tuballam & Tubelam dici solere? Visne hoc tibi tamquam Aristidi cuiquam credamus, à quo nec testes, nec iurandum videatur postulandum? Lubenter id quidem concederemus tibi, praesertim viro canonico; cuius nominis dignitatem tueri non potes, si à veritatis regula discedas: verùm hæc est docentibus antiquitatem lex scripta, vt nihil prorsus afferant quod non idonei auctoris testificatione possit teneri. Condones igitur nobis, si assertionem quampiam facti citra testem credere nolimus. Non est igitur quòd antè tecum de Tudela & Tafalla contendamus, quam nobis aperueris, cuius auctoritate fretus hæc nomina mutanda esse scripseris. Cuius licet somnia sibi comminisci, & quamuis vocem in aliam aliqua saltem tenus similem transferre; ceterum si id genus ludibria à quopiam emi velit, ea nugiuendis det ad mulierculas garulas perferenda; quibus si probentur, bene illud quidem; certè scholis historicis obrudi nequeunt, vt non simul exsibilentur & explodantur. Eiusdem vanitatis est quod Annius & Tarapha adiiciunt, Tubalem alio nomine Tarraconem nuncupatum fuisse, quod nomen תרראקון per Quof in medio scribit Munsterus, quo boum possessionem interpretari liceret. Quòd si mihi fatendum sit Tubalem hoc nomine appellatum fuisse, elegantiore

gantiore

gantiore compositionem putarim, si posterior nominis pars à תרראקון quod est pascere, sumta dicatur; atque inde Tarraconem eum vocemus quem Latini dicunt bubulcum. Litteram enim illam quam perperam Hebraeorum alij Ain, alij Hain vocant, per G ex imo pectore cum magno spiritu pronuntiarì debere, in Hieroglyphicis meis demonstrauit. Mediam verò litteram & aspiratam in tenuem transire, vnum est de frequentissimis. Verùm enim uerò an primæ Hispaniae conditorum nomina de Hebraica aut Phœnicum lingua interpretanda, mox videro. Ad praesentem quaestionem abundè satis fuerit, si dicam mihi citra testes idoneos, in quorum numero nugatorem Berosum non habeo, probari non posse, Tarraconis cognomen Tubali magis quam ceteris Iapeti filiis datum fuisse. Nec magis moueor eo quod de Noëga & Noëla fabulantur, propterea quòd nec hic aliud quam frigidam coniecturam videam, de qua quid sentiam suo item loco explicabo. Neglectis ergo iis quae modò adducta dixi, ab Annio & Tarapha, & horum aut pedaneis aut antesignanis, ad docendum primum Hispanorum regem Tubalem fuisse, ad Iosephum reuertamur, qui Tubalem Iberum regem fecit. Iberes enim, non Iberos vocauit, tametsi in hac re nihil prorsus sit discriminis, nisi quòd Iber ad veram originem rectius quadret, vti iam iam docebo. Dico itaque multo verisimilius esse, Tubalem principio ad Caucasum hinc Caspio mari, hinc Euxino desuper imminentem in confinio fratris sui Mesech principis, Moschorum patris, Iberos condidisse: non illos quidem sub Iberorum nomenclatura, sed sua ipsius, vt Iosephus verisimè tradit. Thobeli enim, siue Thabeli, vt alij protulerunt, non in Hispania nominantur à Geographis, sed ad mare Caspium, à quo progressi eam occuparunt regionem quae post Iberia vocata est. Sed ne eius criminis quod in aliis reprehendimus nos reos faciamus, statim testem proferemus non tam ad nostram opinionem, quam ad Iosephi auctoritatem, e contra clarum D. Hieronymi nomen tuendam, qui eum aliter, quam debuisset, accepit. Vt numquam Thobelos vel Thabelos in Hispania quisquam audiuit, ita Ptolemæus, cuius vnus testimonium plurimorum instar habet, Thobelicam opidum vltra Albanum flumen in Caspium mare defluens collocauit; quod nomen in vera & germana Ianigenarum lingua nihil aliud significat, quam Thobeli excubias, ceu diceremus Thobeli vit, vbi duplex digamma, quo Graeci aequè atque cetera linguæ carent, est reiectum. Nec mirum ex V fieri O, & ex hoc A, cum id genus permutationes in quavis lingua creberrimae sint: quod quia neminem doctorum hominum latere puto, exemplis hoc loco non declarabo. Alibi commemorauit nos non dicere, Allemanos in eadem significatione non, & id genus variationes esse in diuersis eiusdem linguæ dialectis quam frequentissimas: & dum Thubalis nomen exponam, docebo ab aliis au, ab aliis o, ab aliis ou proferri in eadem notatione. Inuenti sunt igitur Thobeli & eorum ad Caspium mare vicus. Quid opus est pluribus? Nonne hic Tobalis euidentia cernimus vestigia? Quis Ptolemæo & Iosepho, vnà in eandem sententiam euntibus, in hoc genere scientiae versatissimis audebit repugnare? Apage nunc Annianas nugae: Veritatem ex iis audiamus qui inter omnes probæ monetæ scriptores primam sibi classem vindicarunt. Peripateticum auscultemus non otiosè monentem: Vnicuique in sua scientia credendum esse. Nec verò malè de piis D. Hieronymi manibus merebor, si hoc perfecero, ne quis posthac eius non tantum sententia quam coniectura in errore ducatur; & eum quidem tanto grauiorem, quanto falsa opinio tum in ceterarum cognitionum, tum in historiae principiis semel admissa plura secum trahit impedimenta veritatis. Iam quanto omnibus gemmis & gazis pluris faciendae sit veritas, non illa modò quae religionem custodit, sed & hæc quae in primis gentium originibus versatur, illi satis ostenderunt, qui dum contra externos verum vnus Dei cultum apud Iudæos ab Abrahami ætate semper fuisse docere nituntur, hoc sibi in primis negotij sumunt, vt è praescorum consensu demonstrant, & Mosem omnibus Graecis esse antiquiorem, & ea quae prodidit, vetustissimis aliarum gentium monumentis consentanea deprehendi. Quid aliud agit Iosephus contra Appionem Grammaticum? quid Tatianus contra gentes? quid Iustinus Martyr? quid Clemens Alexandrinus? quid Eusebius? quid ceteri qui principes apud Graecos & historiae & religionis nostrae fuerunt? an non omnes ad primam ascendere nituntur antiquitatem, vt ex ea perennem & sibi ab omni temporum memoria congruentem atque constantem ostendant religionem? Cur verò id faciunt, nisi quòd sciant primam quaestionem esse, An res ita sese

in Hebraica
calittera ve-
ra pronun-
ciatio.

Tubal ubi
Iberos condidit.

Thobeli quae
sedes habitauit.

Thobelicae

Historia vni-
uersa, & pri-
ma gentium
origines quae
si sint san-
cienda.

Sacra scriptura à quâ plurimis in calumniam rapitur.

habeant, uti à nobis habere creduntur? in quibus liber Geneseos à Mose conscriptus primas habet partes, in quem & olim Græcorum plurimi, & hodie frequentissima turba hominum Atheorum venenatas linguas exacuit. Nec est sanè quicquam facilius, quàm omnia illa quæ de Creatione mundi, de Diluio, de Arca, de Nochi posteris scribuntur, non apud imperitam modò plebem, sed apud eos etiam qui sibi litterarum nomine plurimum placent, in calumniam rapere, & quæ in summa nobis sunt veneratione habenda, veluti prima fidei nostræ fundamenta, ea adducere in suspicionem anilium fabularum. Nusquam igitur veritas diligentius custodienda, quàm in illis quibus sublatis tota collabitur sacræ scripturæ auctoritas. Frustra quæstionibus sese exerceret Theologorum scholæ, si prima sacræ scripturæ exordia pro nugis haberentur, ut haberi à quàm plurimis non de relatu longinquo didici, sed creberrimè ex iis ipsis audiui, qui, pro dolor, se huic impietati iam obnoxios esse fatebantur. quod putavi monendū, ne cui pio viro hæc curiosa nostra primarum originum inuestigatio ad superuacaneos, & Reip. Christianæ inutiles labores pertinere videretur. Neque enim ab his tantum mediocriter doctis, sed ab illis etiam qui & eruditione & dignitate ecclesiastica primos ordines ducunt, aliquoties reprehensus sum, quòd tempus vanis nulliusque momenti studiis perderem, dum nimis diligens essem in primis gentium linguarumque originibus ad normam Mosaicam accommodandis. Sed suo quisque fruatur iudicio: me interim necdum pœnitet ea peruestigasse, quæ ab aliis hætenus, iuxta doctis atque indoctis, explicata non fuerunt, vel quia sese assequi posse desperarent, vel quòd in quibus parum valerent, ea contemnenda existimarent, vitio sanè pluribus communi quàm candorem deceat Christianum. Prolixius hæc expono, ne cui videar citra graues causas à quoquam maioris auctoritatis viro velle dissidere: & cogar tamen doctissimis quibusque non semel refragari, quòd dum fiet, eandem velim excusationem valere. Verum his missis, ad id vnde discessimus reuertamur. Thubalem igitur ad Caspium mare Thobelos condidisse, Ptolemæo & Iosepo credamus, non tam quòd ipsi sic fenserint, quàm quòd compertum habeamus ab utroque horum omnium veterum historiarum scriptorum libros accuratissimè excussos fuisse: quòd ut de principe Geographorum quivis facile intelliget, ita de Iosepo illi perspicuum fiet, qui ea legerit quæ doctissimus hic vir cum alibi, tum contra Appionem Grammaticum scripsit. Porrò si hic tam diligenter in Archæologia sua Berosi auctoritatem Mosaicis scriptis applicuit, uti cuius licet videre, an putamus eum taciturnum fuisse, si quid ab eo de Tubalis in Hispania regno didicisset? Nemo profectò, qui primum saltem eius librum legerit, id cuiquam assentietur. Quo fit, ut profus vanissimis mendaciis ea sint annumeranda, quæ Annius, & ipse Idolum Pseudoberosus, & eius cultor Tarapha de Tubale prodiderunt, quorum si vel vnum Iota apud Babylonium sacerdotem extitisset, numquam fuisset à Iosepo aut dissimulatum aut neglectum. Iam illo quòd Eusebium etiam ad partes vocant, quid potest esse impudentius? in cuius Chronologia nulla mentio regni Hispaniæ inuenitur, nedum Tubalis & Iberi & Iubaldæ & ceterorum Regum in cerebro Pseudoberosi & Annij (nisi hæc nomina eundem significant) natorum recensentur successio. Non parum hætenus effecimus, si verum illud est Horatianum, ut est verissimum, Virtus est vitium fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse. Quæ enim maior stultitia, quàm vel Pseudoberoso vel Annio vanissimo mendaciorum mangoni credere contra Iosepi & Ptolemæi sententiam? præsertim cum eorum utantur testimoniis, qui ne per somnium quidem quicquam eorum quæ ipsis affingunt, cogitarunt, nedum scriptis prodiderunt. Nos tamen non hoc agimus ut Tubalis posteros Hispania excludamus, sed ut quivis intelligat, nullis ea fundamentis niti quæ vel Annius vel Tarapha vel ceteri historiarum Hispanicæ scriptores hætenus de Tubale prodiderunt. Nostram autem hac de re sententiam in Iberiæ consideratione aperiemus. Quando itaque Thobelorum regionem inuenimus, pergamus ulterius inuestigare quibus ex oris Thubal ad eam peruenerit, quo & de itineris ratione veritatis eliciantur argumenta. Ut hæc inquisitio recto ordine nobis succedat, ante omnia sciatur oportet, ubi antè Thubal habitavit quàm vel Thobelos vel Iberos conderet. Id sciemus si liquebit, ubi pater sedes habuerit: qui cum Iapetus fuisse à Mose tradatur, atque is vnà cum patre suo & fratribus in Arca fuerit, numquam quicquam certi statuere poterimus, nisi prius intelligamus quo terrarum loco Arcam Nochus cum filiis suis sit egressus, & quam mox inde tenuerit regionem cum

Historiographi veteres diligenter à Ptolemæo & Iosepo excussos.

Tubalis pater Iapetus.

cum ipse, tum Iapetus Thubalis pater. Hic longè maior difficultas nos excipit, nata illa quidem non ex Mose, sed ex iis qui Mosem malè sunt secuti, quorum communis error magnum fuit ignorantie crassissima seminaria iam à multis seculis, non apud indotos tantum, sed & apud doctissimum quemque grassata, & adhuc fortasse grassaturæ ad multas ætates, nisi eam Indoscythica nostra profligasset. Ne tamen tantisper Hispanicis originibus supersedere cogamur, dum illa ab omnibus quibus hæc paramus fuerint lecta, breui compendio quid ex illis sit necessariò ad earum rerum quas hic exposituri sumus probationem accersendum, explicabimus. In primis itaque cum Mose dicimus, Arcam in montibus Ararat quieuisse, quos Armeniæ montes plerique omnes interpretantur: Iosepus Gordyæos intelligit, D. Hieronymus eos è quibus Araxes profluit, alij denique alios, ut illo libro latius ostendi. Verum nemo eorum illos montes assignat qui collatione camporum Sennaar, in quibus post Babylonica turris exstructa est, orientem versus sint remoti. Vnde efficitur, ut vel ipsi omnes errarint ad vnum; vel Moses falsò dixerit, Nochi filios postquam in magnam multitudinem excreuissent, ex oriente ad campos Sennaar commigrasse: quòd impium sit non tantum fateri, sed etiam cogitare. Omnes enim montes quorum mentionem faciunt, declinant ad occidentem dum Babylonicis campis conferuntur; à quorum finibus si venissent, ab occidente, non ab oriente iter ingressi fuissent. Nos igitur conuenienter sacræ scripturæ montes Armeniæ Taurum esse dicimus, qui variis variis nominibus propages per totam Asiam emittit, quos non mirum est Armeniæ montes à Mose vocari, eo quòd ex illis nobilissima duo flumina Tigris & Euphrates prius Armeniam permeent, quàm ad Babyloniæ irrigandam descendant. Deinde, quia Iosepus scripsit, non alia nota montes hos melius poterat significare, quàm si Armeniæ montes vocasset; eo quòd insignis eorum altitudo ad superiorem Armeniæ partem notissima hæc flumina effundat. Quærenda ergo illa horum montium pars quæ campis Sennaar collata longè ad orientem recedit, quam ad Paropamisum inuenies, ubi Taurus propriè Caucasus nuncupatur. Huic subest Margiana, in qua vitis tanta sua sponte crescit, ut duorum hominum complexum sapius vel impleat vel excedat. Quo fit ut mirum non sit, si Nochus tum demum vitem inuenit, quam antea numquam in India, in qua natus erat, conspexerat; utpote regione vitis nequum neque nunc ferace. In hac regione Meros mons est, in quo Nochus Nysam condidit, primum post diluuium opidum: à quo tota Dionysiacorum siue Bacchinaliorum pompa ad ceteras orbis partes manauit. Nochum enim Bacchum à vini inuentione posteri vocarunt, & tot præterea nominibus indigitant, quor Deus eum dotibus præ ceteris mortalibus exornauit. Cum itaq; in beatissima illa regione in magnum numerum nepotes eius excreuissent, magnam coloniam emisit ad occidentem, secundum longam montium catenam. Ipse interim, uti summus & Sacerdos & Rex, ad Nysam mansit, illo apud se filio retento ad omnia quibus usus esset administranda, qui & ætate minimus esset, & patri, iuxta ac de consecratione liquet, sese semper gratissimum iucundissimumque præbuisset. Neque enim vlla ratio admittit, ut simul omnes aliò emigrarent ex ea regione quæ feracissima esset cum rerum ceterarum omnium, tum excellentissimi vini. At si manere quisquam debuit, pater certè summus tum magistratus manere debuit: & si manere debuit, quo & ipse quiesceret & iter agentibus comitatus suppeditaret, postulabat tum ipsius ætas tum dignitas, ut vnum filiorum apud se teneret; & eum quidem qui maxime placeret, quòd & præsentia eius frueretur, & ipso ad omnia & sacra & profana vteretur ministro. Coloniam itaque ducunt Sem & Cham maiores natu filij, cum quibus aliquot etiam Iapeti liberos profectos esse probabile est: & quo itinera & regiones discerent, & Iapeto nuntiarent si qua re opus proficiscentibus esset; tum etiam quo patrem & auum docerent & quæ loca transissent, & quibus tandem sedes fixissent. Hæc autem ita fieri debuisse communis vitæ ciuilis ratio demonstrat; quam qui non intelligit, is profectò non est dignus sacræ Mosis historiarum lectione. Scripsit hic breuiter quidem pro eo ac decet sacra tractantem, sed sic scripsit, ut ex vnica sententia quàm plurimæ aliæ deducantur, collectione apud eos semper habenda necessaria, quibus ab experientia & vsu rerum cognita sunt omnia illa quæ ad quasuis Reip. partes cum dignitate obeundas recta officiorum ratio præscripsit. Profectis igitur Semo & Cham, & vnà missis legatis & comitatus procurandi præfectis, & eorum ministris, per longa montosarum regionum

Arca Noë ubi quieuit.

Ararat montes qui sunt Taurus montes.

Caucasus mons Margiana.

Vitem ubi Nochus inuenit. Meros.

Nysa à Nocho condita.

Sem et Cham coloniam ducunt.

Seminar
cariss.

interualla, tandem lætissimi campi sese offerunt, quorum ingens & vasta latitudo omnem oculorum aciem, in quascumque partes coniecti fuissent, longè excedebat. Ea planities non solum fertilitate, sed amœnissimo etiam & latissimo flumine multas secum allaturo commoditates tum ad irrigationem agrorum, tum ad importandi exportandique copiam, hinc ex superioribus partibus, hinc è mari, inuitabat. Collocatis igitur hic sedibus, facta est agrorum distributio, interim vltro citroque iis commendantibus quibus hoc negotij vel à Nocho & Iapeto datum esset, vel vltro etiam susceptum, vt est semper auida rerum nouarum humana natura, quas cum auditus tum visus plurimas solet in longinquis peregrinationibus offerre. His modò coloniis emissis, quas duo fratres natu

Iapetus apud
patrem No
chum perma
net.

maiores ducebant, Iapetus cum liberis suis qui vnà profectionem non essent secuti, ob eas quas dixi causas solus cum Nocho omnium post diluuium patriarcharum patriarcha, sacerdotum omnium & regum omnium ad ipsum vsq. Christum, cuius imaginem gerebat, principe in illis locis quæ Nysæ & Mero, in quo vitis fuerat inuenta, proxima iacebant, permanfit; & paulatim finitimas etiam orbis partes suis filiis & nepotibus frequetauit: Illuc Sacis ad Imai radices, nec procul inde Gommeris aliis aliò habitatu emissis, vti à nobis latè alibi explicatum est. Labëtibus iam annis, cum Semi & Chami & nonnullorù etiam Iapeti nepotes immenso auditu accreuisent, viderentque maiore esse multitudinè quàm quæ campis Senoar contineri aliqùe posset, comitia habuerunt, quo facto opus esset deliberaturi; in quibus statutù est còmuni omnium sententià & applausu, insigne & eximium aliquod monumentù exstruendù esse, cuius æterna duratio & stupèda operis magnitudo perpetuò testaretur, quanti qualesque viri, & quàm innumeri locum illum quondam habitassent. Iactis igitur superbi & insati operis fundamētis, & iam portentosa sublimitate ipsi cælo astrisque minitante, Deus cui nihil magis quàm arrogantia & stolidus sui ipsius amor displicet, dementes elatorum hominum cogitationes & vesana consilia solis humanis viribus innixa momento temporis dissipauit; & quòd perennis exstaret memoria quàm Deo omnis displiceat factus, non ipsam modò cœpti operis molem deiecit, sed ipsos etiam qui stupida arrogantia inflati, monstrosam arcis amplissimæ altitudinem moliebantur, sermonis patrij, qui omnibus ad id vsque temporis vnus fuerat, obliuione cœu apoplexia quadam percussit; & loco vnus linguæ varias multasque ipsi mox inspirauit, quibus inter se dissidentes, veluti ebrii aut mente capti, frustra alter alterum alloqui nitebatur; quæ sermonum confusio & mutua cogitationes conferendi inopia fecit vt turris Babel vocaretur, eo quòd babelen illi dicantur vernaculo nobis hæcenus sermone, qui sonos verborum sic confundunt, vt quid velint intelligi nequeat; cuius vocis ratio petita est ab edentulis. nam hi necessariò vocum discrimina confundunt, quòd iis careant instrumentis quibus veluti fidibus quibusdam soni distinguuntur, & idcirco ipsi gingiuis, in quibus dentes fuerant, loco dentium vti coguntur, quæ nobis babelen vocantur. Quando igitur neque Nochus neque Iapetus vnà cum suis qui in campis Senoar non fuerant, in iis locis permanferint & habitauerint, quæ magno multarum regionum interuallo ab Euphrate erant remota; nulla potest causa cogitari ob quam & ipsi sui & maiorum sermonis iacturam fecissent, cum ne illi ipsi quidem, qui à Margiana tam longè emigrauerant, sermonem suum antiquum perdituri fuissent, nisi immani sese superbix scelere fcedassent; ob quòd à Deo puniti fuerant linguarum confusione. Fuit autem hæc talis, vt antiqua vocabula ab aliis aliter fuerint corrupta, litteris variis modis transpositis aut in vicinas commutatis, ita vt non tam vocum priscaurū integra perditio, quàm literarum in iis & significationum confusio potuerit vocari; quæ quomodo differat à corruptela illa quam aut variarum gentium commisitio, aut ipsa ætas omnia paulatim deprauans & immutans inducit, in Hermath. ostendi. His modò breuiter ex Indoscythicorum libro repetitis duo confestim consequuntur maximi nobis ad ea quæ nunc in lucem vocare molimur momenti futura; quorum alterum est, quòd Iapetus cum liberis & nepotibus ea primùm loca post cætaclysmum incoluisse reperitur, quæ Parapanisi iugis proxime subiacebant; è quibus deinde numero aucti, ad vicina commigrarunt: Alterum, quòd est multo etiam pluri faciendum, in eo consistit, quòd primus sermo ab Adamo Spiritus sancti instinctu factus, apud solos Iapeti posteros fuerit seruatus; qui cum talis fuerit de Moysi reificatione, vt voces per elementa sua veras rerum notiones adamussim imitarentur, & quoad eius sonorum discrimine fieri potest, clarissimè depingerent,

Saci.
Gommeri.

Babel turris
origo.

Linguarum
confusio.

Babel turris
unde appella
ta.

Babelen qd
significet.

Sermo primus
apud Nochi
& Iapetum
permanfit.

Linguarum
confusionis
ratio.

Iapetus quo
loca primùm
post cætaclys
mum inco
lauerit.

Sermo primus
qualis fuerit,
& apud quos
seruatus.

gerent, verissimus est index & certissima manus Mercurialis ad omnem cognitionem quam Deus primo homini infudit, iter demonstrans: ita vt mox iis qui huius sermonis veras rationes perdidicerint, recta via pateat ad omnè eruditionem cum ceterarum rerum, tum maximè diuinarum. Hanc Socrates in Philebo se semper quæsiuisse confitetur, quo nimirum sciret quid Deus ipse primo homini, quisquis tandem ille fuerit, siue Prometheus, siue alius (vt ipse dicit) tradidisset. Video sanè, dum principia necessaria ad primos Hispanorum maiores è tenebris vocandos struo, aut potius à me alibi structa, & in Hermath. & in Hieroglyphicis solidis rationibus comprobata repeto, incursum in multorum reprehensionem; quos quamuis meritò amandare deberem ad illa quæ modò commemorauì à me scripta esse, & à Theologis tum in Belgio, tum in Hispania admiffa; quò tamen iis qui illa legere hæcenus vel dignati non sunt, vel per alias occupationes nequiuertunt, gratum faciam; tribus verbis, si potero, omnes ex eorum animis scrupulos hoc loco eximere tentabo. Plerique omnes hæcenus crediderunt sermonem Hebraicum primum esse, quòd tamen Theodoretus negauit: Vergara quatuor profert Rabinos qui iurati testes esse velint sermonem Hebraicum primum non esse; cuius ego scriptoris non tanti facio auctoritatem, quanti esse duco quòd ab omni Theologorum cœtu liber eius, in quo hæc scripsit, fuerit lucem videre permiffus. Rabbi Moses Ægyptius, curiosissimus non modò quæstionum Thalmudicarum & subtilitarum, sed etiam diligentissimus Peripateticæ & Academicæ philosophiæ inquisitor, cum diu sese in mysteriis nominis tetragrammati fatigasset, tandem confessus est vocabulum hoc ex illa lingua remaniffisse, cuius parum admodum in Hebræo sermone superesset. Tantum verò abest vt ab הוה verbo substantiuo deriuert, vt clarum discrimen inter verbi substantiuo & nominis tetragrammati significationem assignet; nedum cum recentioribus Grammaticis hac in re consentiat, qui ab omnium Rabinorum sententia in eius etymologia longissimè recesserunt. Certè illud quòd Moses diuinus Pentateuchi scriptor, cui refragari nemini fas est, primo sermone tribuit, nullo modo Hebrææ linguæ potest conuenire, quæ tantum abest vt vocabula sua ad veras rationes primorum in vocibus elementorum reuocare possit, vt dum de radicibus suarum etymologia Grammatici rogantur, non aliud habeant respondere, quàm eas primas voces esse, nec vltius in causas alias posse dissolui: quòd argumentum quanti sit, quàmque nullo modo falsitatis possit euinci, Hermath. nostra demonstret. Quòd verò quidam dicunt, in quo triarium robor sermonis Hebræi esse putant, nomina Adami, Chauæ, Caini, Seti, Nochi, & si quæ sint alia quorum rationes à Mose redditæ sunt, in sola lingua Hebraica intelligi, id equidem proforum nego; cum non in Hebræo solum, sed etiam in nostro sermone rationes à diuino scriptore assignatæ suam tueantur veritatem: quòd declarare non est huius instituti. Ægyptij, quamuis Hebræi vltra ducentos annos apud eos habitassent, quo in tempore satis magna ipsi fuit disputandi facultas, asseruerunt tamen primum sermonem illum esse, non quo Itadæi, sed quo Phryges vterentur; apud quos **Βετ** panem denotabat: quam rem ne vlla obliuio ex hominum animis tolleret, fabella non ab omnibus intelligenda velauerunt. Quoniam enim sacra sua & eorum ritus à Ianigenis acceperunt, noluerunt ea alia lingua tradi, quàm illa in qua primi ipsorum maiores ea didiciffent, tum vt vocabula rerum diuinarum notionibus responderent, tum ne vulgus profanum illotis pedibus ad ipsa irrumperet. Quamobrem magni referebat ad perennem religionis & conseruationem & intelligentiam, si perpetuò apud posteros constaret, è cuius gentis sermone sacra vocabula de prompta olim fuiffent; quo si qua dubitatio incidisset, haberent quos per legatos interrogare possent. Tanta verò cura & religione hanc linguam in sacris conseruabant, vt omnes sacerdotes ea inaugurarentur, vti apud Herodotum discere licet. Quid quòd ipse Moses, quo augustam omnino & sacram magistratus à Pharaone Iosepo dati dignitatem indicaret, ipsissimis illis verbis non Ægyptiis, sed nostratibus vsus est, quibus Rex Cimbricus verbis vsus est Moses in inauguratiōe Iosephi.

Hebraicum
sermonem non
esse primum.

Nomen tetra
grammaton.

Hebraorum
radices primæ
voces sunt,
nec in alias
causas pos
sunt dissolui
ab ipsorum
Grammaticis.

Phrygiū ser
monem pri
mum fuisse,
Ægyptij asse
ruerunt.

Cimbricus
verbis vsus
est Moses in
inauguratiōe
Iosephi.

Barbarismus
prima aetate.

Scythismus
secunda aetate.

Alphabetorum
duo genera.

Alphabeti
vtriusque generis
precautionem
continet.

Cimbrius
sermo primus
& vetustissimus.

Dionysius
tal.

Cimbrii
sermonis artificum.

tia pertracta esset. Vocum autem harum interpretationem persequi & explicare non est huius loci, quam tamen nemini negabo, qui idoneum & cupidum ad pie audiendum se mihi demonstrabit; quandoquidem noster Phrygumque sermo idem est. Epiphanius ceterique veteres Graecorum Theologi primam aetatem Barbarismum vocant; quem si de vocis etymologia describere vellem, non aliud quam veri sermonis custodiam dicere deberem; quae quod apud Phryges esset, vestes Phrygio opere factae Barbaricae dictae sunt. Aetas Barbarismum secuta, siue a diluuiio, siue a confusione linguarum proprium suum & distinctum sumit initium, Scythismi nomine ob id vocata, quod apud solos Scythas eo tempore reliquus esset primus sermo, quo omnis priorum patriarcharum religio erat consignata, quem illi quos in Scythia dixi mansisse soli retinuerunt. Ne tamen vlla vniquam aetas primi sermonis inueniendi & occasione & facultate destitueretur, benignitate diuina & sedulo Ianigenarum ministerio factum est, vt duo genera prima Alphabetorum e primo sermone conseruarentur: alterum solas litterarum potestates explicans, quo Latini & Germani & Hispani & Galli & his vicini ad Abecedarios instruendos vtuntur; alterum non potestates tantum elementorum, sed figuras etiam vna eademque opera significans, quod Hebraei tamquam suum sibi vendicant, a quibus deinde cognatorum sermonum nationes litterarum nomina licet non nihil immutata mutuantur, & ab iis Graeci suum Alphabetum acceperunt. Vtrumque horum precautionem sanctissimam complectitur, qua praceptor Deum orat vt puerum, quem litteris imbuendum accipit, parentum primorum vitio brurum factum, rursus ad se erigat, vt pote ad cuius imaginem creatus sit. Cum igitur a solis nostri sermonis peritis orationes hae intelligi queant, nec vllus hactenus fuerit alterius sermonis hominum, qui ordinis litterarum, quo enumerantur, rationem reddere posset, isque nobis sit clarissimus, non video cur non debeam fortissimè constanterque tenere vtrumque Alphabetum e sermone; in quo solo intelligitur & certam ordinis sui habet rationem, olim petitum acceptumque fuisse; & idcirco hunc primum esse dicendum. Iam nulla alia lingua reperitur quae totius Theologiae mysteria, & inter alia ipsam Trinitatem e vera vocum ratione intelligendam dare possit: quod nostra sic facit; vt ex ipsa litterarum potestate a Graecis omnibus & Latinis agnita & scriptis prodita vocalem imaginem constituat omnium eorum quae de rebus diuinis dici possunt: atque hoc demum illud est quod. Moses dixit, Adamum iis omnia significasse vocabulis, quae rerum proprias notas haberent, quaeque distinctis & aptis sonorum pigmentis veras rerum notiones auribus offerrent: qua in re expressa perfectio est & fundamentum totius vocum etymologiae, quam Plato diligentissimè quaesuit, ille quidem, sed in Graeco sermone non potuit reperire, lubenter ob id confessus Barbarorum, quos aut Phryges aut Cares maximè esse arbitratur tum ipse tum Homerus, sermonem habere Graeco vetustiore. Accedit his argumentum planè Herculanum, perpetuo ab omni memoria gentium consensui innixum, quo constat sermonem nostrum Dionysio Cal vocari, id est antiquissimam linguam. quod si *Θουσις* dicas siue *Θουσις*, idem dixeris quod ipsum antiquissimum diceret Latinus, quae vocula ex articulo *Θε* & *ουσις* supremo comparationis gradu concisa est more nostratibus frequentissimo. Taceo nunc illas voces quae retrosum vel lectae vel auditae id designant quod maxime facit ad rem eam declarandam quam prosa vox denotat: in quibus vt admirandum est artificium in nulla alia lingua repertum, ita tam frequens est & multis commune, vt satis apertum sit a solo sancti spiritus instinctu potuisse proficisci. Porro vt non alio nitremur argumento in sermonis antiquitate nobis vindicanda, illud tamen vnum sufficeret, quod quoties communis aliqua vox est nobis & aliis linguis, eius vocis a solis nostratibus verissima ratio reddi queat; vt Hermathena nostra demonstrat. Quid quod infinita Latinorum, Graecorum & Hebraeorum vocabula clarissimè ostendunt nostratam originem: a qua variis modis declinant vel terminationis auctu, vel litterae cuiuspiam immutatione, vel elementorum metathesi, vel integra etiam conuersione: in quibus omnibus tamen ad primos eorum fontes etymologia certissimo indicio deducit. Haec obiter partim ex Indoscythicis meis, partim ex Hermath. partim ex Hieroglyphicis repetita sunt, quae iam mox ad rem nobis propositam insignem usum adferre cernentur, dum prisca hominum, gentium, terrarum, fluminum, & aliarum rerum notatu dignarum nomina ad eorum normam interpretabor, & Iapeti filiorum nepotumque migrationem

tionem certa via & ratione perspicuam reddam. Quoniam igitur Thubal Iapeti filius fuit in ea terrarum parte, prima eius colonia quaeratur oportet, quae non longè fuerit a maris Caspji littoribus remota. Ex Ptolemaeo clarissimè docui in iis quae de Cimmericorum coloniis scripsi, ad Imaum vsque montem versus Austrum, & inde ad ipsum vsque Septentrionem, & vltius etiam ad Hyperboreos Iapeti filios habitasse; atque inde totam Europam vsque ad Gades gentibus impleuisse. Thubal itaque videtur e Baetiana mare Caspium tentasse, & tantisper cursum secundum littus tenuisse, dum ad oppositam Oxo partem appulisset, quo loco egressum, opidum condidisse quod de nomine suo *Θουβάλω* *ωατ*; id est Thubalis excubias, nuncuparit; e quo nomine Ptolemaeus, & illi quos est secutus, Thabelacam fecerunt; propterea, vt modò dixi, quod gemino digamma carerent. Ne tamen miretur quisquam quod nauigasse eum dicam, reuocandum in memoriam est, maximam cedrorum copiam ad Meron montem fuisse, vt ex Curtio liquet narrante, omnia Nysaeorum sepulcra e cedro facta fuisse, atque idcirco dum Alexandri miles ignes suos malè custodit, omnia fuisse exusta. Verum hic mox audiam non Thubalacam nec Thobalacam, sed Thabelacam a Graecis nominari; & idcirco non satis ad Thubalis nomen hoc opidum quadrare. Videamus itaque etymologiam in Iapeti sermone, quo deinde vera scripturae ratio in lucem emergat: *Θουβαλ* siue *Θουβαλ* idem nominis significatio quod Latinus diceret, Ipsum antiquum conserua. Dicimus enim sine discrimine *Θου* & *Θυ* pro Antiquo; quarum diphthongorum tanta est cognatio, vt altera in alteram frequenter transeat non apud nos solum, sed etiam apud Graecos. Iam ex au Latini faciunt *o*, dum ex Aula Ollam formant; quo minus mirandum a Iosepho Thobal pronunciari. Porro *Ou* Latini sic enunciant, vt ab *V* vocali longa vix villo discrimine seruat. At qui Thabal dixerunt, ipsum *V*, quod est in *Au*, reiecerunt propter litteram mediam consequentem. Nec quicquam mihi acciderit, si quis pro *Θουβελανα*, *Θουβελανα* scripserit, vt multa in vocabulis ignotae significationis corrumpuntur. Et haec quidem de priore syllaba. Posterior *ωατ* est, quam nostrates in *ωατ* frequenter transferunt, facili & procliu ex *a* in *e* lapsu. Nihil itaque ad vocis significationem haec facit variatio, qua qui commouetur, nae is parum in lingua vel nostrae vel Graecae dialectis est versatus. *Θουβαλ* ergo composita vox ad hunc modum in suas soluitur partes, *Θετ* au *ουβαλ*, quae ad normam & vernaculam nobis consuetudinem in *Θουβαλ* contrahuntur. Iapetus ergo huic suo filio eam imposuit nomenclaturam, qua semper admoneretur omnibus in rebus antiquum esse seruandum. Nihil autem antiquum dici potest, quod non ad ideam antiquitatis referatur ceu imago ad suum exemplar, quod est in solo Antiquo Dierum; quo nomine Daniel diuinus vates Deum Patrem indigitauit. Efficax sanè admonitio, & ad omnem vitae rationem subducendam insignem allatura vtilitatem; & talis, vt ea sola omnia praecpta ad salutem necessaria comprehendantur. Nam vel eo vno omnis continetur doctrina, omnisque scientiarum orbis, si sola antiqua lingua ab Adamo facta retineatur, propterea quod ex ea bene rectèque intellecta omnium earum rerum vera possit haberi cognitio, quibus Adamus nomina indidit. Duæ tantum hactenus ab Hebraeis, Graecis & Latinis scalae cognitae fuerunt, quibus ad Deum Patrem ascenderetur; altera natura, altera sacrarum litterarum oracula & historiam sacram continentium; quarum prior admodum obscura & lubrica semper fuit, iuxta ac D. Paullus Philosophis exprobrat; qui cum per eam ad Deum ascendissent, ipsum illum ad quem ascenderant, non vt Deum honorarunt: altera certissima illa quidem & omnibus suis gradibus absoluta, vt pote per quam cum alij tum angelus magni & arcani consilij descendit, & humanam naturam sibi vnitam ad Patrem reduxit; verum nunc etiam multis impedita difficultatibus, quas nouis suis disputationibus peruersi homines excitare numquam cessant. Videtur ergo Deus singulari sua clementia nobis tertiam nunc scalam reuelasse, quae illa quidem non est scripta, sed a maioribus viua voce accepta; nec tamen hactenus post multos multorum seculorum decursus a quopiam vel agnita, vel intellecta. Ingens profectò in campis Sennaar calamitas accidit, dum prima lingua perderetur, at non minus apud maiores nostros Iapeti posteros nocuit crassa & supina eius sermonis quem quotidie sonarent, caussarum ignorantia; qua factum est, vt pretiosissimus thesaurus a nobis, tamquam a suis, conculcetur: & dum ego tandem, diuina gratia ex alto somno experrectus; fratres meos admono, & ardenti desiderio docere nitor, deridear atque

Thubal quod
coloniis dicitur.

Θουβαλ
ωατ.
Thabelaca.

Thubal no-
minis signifi-
catio & ety-
mon.

Scala dua-
bus ad Deum
ascenditur;
natura & sa-
crarum litterarum.

Tertia scala
qua ad Deum
ascenditur,
nunc demum
reuelata.

contem-

contemnar. Quanto, bone Deus, diuinior Plato, qui monitu fortassis obscuro sacerdotum Aegyptiorum hanc veritatis inueniendi rationem diligentissimè quæsiuit, cum tamen eius sermonis quo hæc erat ob signata prorsus esset imperitus! Thubal ergo inter cetera in primis monebatur, ne vniquam sermonè antiquū desereret: quia nimirū eo vna inter alias ad Deum via ceu Mercuriali quadam manu ostenderetur. quod non ita à me dici quisquam putet, vt nolim præceptum generatim valere, sed quo indicem veram veræ antiquitatis inquisitionem in accurato primi sermonis examine, totam copiosissimè contineri & absolui: cuius nimirū nulla vox est quæ non vtilem aliquam habeat doctrinam ad Antiqui dierum cognitionem vocantem atque manu trahentem. Scio quosdam à curioso Græcorum & Romanorum numismatum studio antiquarios appellari, quos equidem hoc titulo ornari non ægrè feram si in Romanis & Græcis historiis non acquiescant, & eorum quorum imagines admirantur, non sequantur etiam mores & opiniones; sed omnia sua studia ad vnam vnius, quem Antiquum dierum vocamus, cognitionem dirigant: & hanc cognitionem non cauponentur, quasi ea aliquid adhuc habeant antiquius. Quanto præstantius fuerit antiquitatem in ea lingua inuestigare, qua vt primus homo ab ipso Deo veram omnium rerum scientiam edoctus nobis clarissimè aperuit, quid de quaque re sit sentiendum; ita nihil continetur quod non commonefaciat ad virtutem & recta vitæ officia capeffenda. Quid rogo hac voce diuinus, qua mox monemur vt perpetuò antiquitatis simus obseruantes? Quamobrem quisquis est qui se genus à Thubale ducere gloriatur, is se perpetuò Thubalem præstet; ac numquam sic sibi placeat, vt desertis antiquis legibus & moribus, noua vel sibi vel aliis inducat: numquam tam sit ambitiosus & rerum nouarum cupidus, vt vel in minima Reip. bene constitutæ atque tranquillæ parte quicquam audèat ab antiquo statu dimouere. Profectò si omnes Thubales fuissent qui sese vel de præca nobilitate vel de antiquitatis cognitione vel de veteri Christianorum disciplina iactant, numquam hæc, quas partim ferimus, partim videmus, calamitates & totarum regionum, nedum ciuitatum & opidorum, euersiones in nostram ætatem incidissent. Vt enim omnia ab antiquo pendent suo quæque ordine & suis annulis, ita noster sermo ab *Au*, quo antiquum significatur, de natura litterarum deriuat *Hau*, quod est conferuo, sola addita aspiratione; eò quod omnis rerum salus in eo consistat, si ad Antiquum spirent. Ex au apud Hebræos in confusione primi sermonis mansit *Ab*, pro patre; cuius vocis domi suæ nullum habent etymon: Chaldæi & Syri *Abba* dicunt. Sed hæc alterius loci, & latius patent quàm vt breui verborum contextu queant explicari. Satis esto viam eminus indicasse, per quam ad mysteria antiquitatis & vocis antiquitatem denotantis peruenire queant diligentes indagatores. Est hæc nomen Thubalis in Germania frequens, sed propter paruam vocis mutationem non agnoscitur. Nobis familiare est *Tau* monosyllabis addere: Sic dicimus *Au* & *Aut* sine notationis discrimine; Similiter *Behal* & *Behalt* & eodem modo plurima alia. Hinc fit vt idem sit *Taubal* & *Taubalt*; in quo Germani idem commiserunt quod in nomine linguæ suæ, vt nimirum ex au fecerint eu, mutato a in e, quod ipsis est creberrimum. Sicut enim *Dautse* *Tal* pro antiquissima lingua, in *Dautse* *Tal* permutarunt, ita ex *Taubalt* fecerunt *Teubalt*; quod deinde ad Latinam formulam accommodantes *Theobaltum* nobis protulerunt. Nec aliter nos è *Lauter* *Leuter* pro puro dicimus, & pro *Laut* / quod sonare significat, *Leut*; & alia id genus quàm plurima, nihil vt miri sit si vel *Deutsen* pro *Dautsen* / vel *Teubalt* pro *Taubalt* pronunciemus. Nunc itaque non hoc tantum vidimus, vocem Tubal claram vtilemque in sermone nostro & significationem & admonitionem habere, sed & illud cognouimus, quod hæc nomen inter Germanos quàm plurimi eodem nomine vocentur: qua de reliquet venerabile olim inter Teutones nomen fuisse, vtpote cuius & hæc nomen memoria in propriis hominum nominibus felix & fausta habeatur. Cornelius Tacitus sic extulit quasi *Theude balt* dictus fuisset, è quo formæ Theodoualdum, perperam Beta in V commutato. Quod si *Theude walt* dicas, antiquam vim notaueris: verum nos numquam sic efferimus, at semper *Theubalt* pronunciamus. Quis in hoc nomine non miretur insignem antiquitatem? quis non exosculetur & adoret diuinam bonitatem, quod nobis hanc antiquitatis obseruandæ admonitionem à tot iam sæculis reliquam esse voluerit: & ita reliquam, vt sacris Bibliis tamen huius nominis intelligentiam non debeamus, sed soli nostro sermone hæc nomen in antiqua sua purita-

Antiquarij.

Antiquitatis seruanda studium laudatur.

Hau, unde deriuatum.

Ab, Hebræicæ vocis etymon.

Thubalis seu Theobaldi nominis apud Germanos frequentin.

puritate conseruato. Et quia apud solos Germanos & intelligitur, & in hominibus nuncupandis hæc nomen vsurpatur, perspicuum est Iapetum iam tum nostra lingua vsu fuisse, cum filio suo hanc daret nomenclaturam. Deinde si Thubal, siue Thubalt nostratis linguæ vocabulum est, consequens fuerit homines etiam ante diluuium vernaculum nobis sermonem locutos fuisse; propterea quod filius Lamech & Stillæ Tubal item fuerit vocatus, licet Cain veluti cognomen adiectum habuerit: Sed quid ego hoc ceu magni quippiam commemoro, cum cetera quoque propria virorum mulierumque nomina apertissimas habeant in lingua nostra significationes? vti cum alibi tum in Indoscythicis ostendi. Quid enim aliud est Adam, quàm agger siue terræ moles inuidiæ obiecta? & tota quidem terra Adama dicitur eadem de causa, non quod rubra sit, vt Rabbini credunt; sed quod cacodæmonis inuidiæ velut æstuantis Oceani fluctibus sit exposita. Cur verò Odem rubrum noter, aliunde quærendum. Rubri enim est oculos turbare, perstringere ac domare: vnde *Ogtem*, id est oculos domans, nostro sermone dici possit; qua de voce Odem in Babylonica confusione corruptum est: Inuidia autem, cui non Adam tantum, sed tota etiam terra obicitur, Ate ab Homero vocatur; à nostra voce *Hate* siue *Ate* / qua odium & inuidia denotatur; ob id quod inuidi bonis alienis exedantur & contabescant. Chava, quàm vocem nec Eua, nec Haua rectè pronuncies si propriam litterarum sequaris potestatem; matrem significat viuentium, siue ad verbum, vas vitam dans. *pp* nos per duplex digamma proferimus: quo quia Hebræi carent, eius loco non raro Quof substitunt, vt etiam Latini pro *Die*, *Qui*; pro *Van* *Quando*, & alia similiter efferunt, vt in Hieroglyphicis meis abundè demonstrauit. Est autem *Win* possessio, lucrum & quicquid acquisitum est. Litterarum verò rationem, non punctorum habendam esse necessariò post mihi fuerit dicendum, dum de Ionis nomine disseram. Set item nostras est vocabulum, citra adspirationem pronunciantum; quia per Tau, non per Thet, scribatur, licet Iudæi Alphabeti à maioribus nostris accepti imperiti contrà & doceant & pronuncient: tanta est apud eos veræ elementorum distinctionis ignorantia. Est autem hoc nomen à *Set* verbo, quod significat collocare. Nam *Set* loco Abel à Deo positus est, & in hoc & eius posteris locata est & statuta vera religio. Nochus autem à nostro *Noch* siue *Nooch* / quod nunc cum prothe- si *Genoch* ferè efferimus; quo idem significatur quod contentum reddo siue paco. Quid multis? Omnia propria nomina ante confusionem Babylonicam à Mose enumerata nobis sunt vernacula, & in significationis suæ causas vsque ad simplices litteras soluuntur. Sed quorsum me propriis nominibus adstringo, cum omnes sermonis Hebræici radices è lingua nostra oriantur, & in ea veras habeant notationis rationes, quas frustra Hebræi apud vernas suos quærent? Hæc obiter Tubalis occasione repetita sunt, quæ à nobis alibi latius sunt explicata. Gratulentur ergo sibi Theubaldi de nominis sui tum antiquitate, tum interpretatione, tum etiam de pulcherrima & vtilissima ad omnes vitæ rationes sententia, & agnoscant Iberi Hispani quam linguam primi Iberorum parentes vsurparint. Et hæc quidè de nomine Thubalis plura illa quidem fortasse quàm nauseabundis stomachis placebit, sed multo tamen pauciora quàm præcepti quod nomine denotatur, postulet amplitudo atque maiestas: quam si sequeremur, ipsum Tau, vltimæ litteræ nomen, esset explicandum; quo tota religio Christiana continetur, si ex vera origine nostrati, pro eo ac postulat, capiat interpretationem.

T E M P V S nunc est, vt quæ monumenta Thubal in ea orbis parte, ad quam è Margianæ vicinia primùm deuectus est, reliquerit, & quia modò de Ptolemæo clarum fecit in Albania Thobelos olim confedisse, prius quàm ad Iberos veniam, qui postea conditi videntur, si de locorum situ ducere liceat argumentum; Albaniam peragrate decreui. Quoniam itaque modò tradidi, certissimam viam esse ad veterum sententias intelligendas, quæ nominum interpretationis indicio vtitur, videamus quid Albania designet. *Alp* siue *Alb* per mediam litteram, montes significat, ab *Alp* compositum vocabulum, quo denotatur id ad quod magno opus est adscensu. Hinc vox *Alp* eis, quo perennis montium altissimorum glacies vocatur: hinc Albion, quo nomine designatur insulam eam ferè vndique circa littora montosam esse: nec aliunde Alba apud Romam, Alba in Hispania, Alba in Gallia, & apud nos *Alben* pro Orcadibus, apud Sueuos *Alb* regio non procul à Tubinga. *Alb* autem pro Albedine componitur per apo-

Teutonicus sermo ante diluuiū fuit.

Nominū veterum apud Germanos significationes.

Adam.

Odem.

Ate.

Chaud. Eua.

Qui. Quando.

Set.

Noch.

Hebræici sermonis radices veteris apud Germanos habent notationis rationes.

Albania nominis etymon & significatio. Alp. Alb. Albion. Alba.

3an.

copen, ab *Al-ti*, id est valde dilato: à quo Iota demtum Alb relinquit, duplici digamma in Beta transeunte litteram vicinam: propterea quod nec duplex nec simplex digamma in eadem syllaba post consonantem pronunciari queat: Albania igitur componitur ex *Al* prioris notationis vocabulo, & *3an*, quo via regia significatur. *Al* bani itaque viam significat ad montes tendentem, & eos quidem multa ac perpetua niue candidos; ita vt gemina videatur nominis causa reddi posse in hac saltem regione cui Caucasus desuper impendet. Vide nunc num malè conueniat veritati Tubalis nomen ex eadem lingua nos petiuisse è qua Albaniam nomen, è quo alterum B euphoniae causa tollitur, deriuatum esse, ne impudentissimus quidem contentionis litis que procurator negare posset. Aut Tubalem primum Thobelorum conditorem hoc nomen de sermone suo regioni dedisse dico, aut mihi aliquem omnino cupio nominari, qui hanc orbis partem nostrati vocabulo nuncuparit. Verum hoc loco Solinus Plinij plagiarius negotium mihi exhibet: is Albanos ab albis capillis, quos statim in pueritia habent, dictos esse scribit. Egregium profectò nugamentum, quasi verò Albani à Latinis sibi nomen principio fuerint mutuati. Neque enim ab aliis dicere potuisset Albi nomen ad eos venisse, nisi fortasse tam fuit ineptus, vt hos æquè atque Albanos in Latio Latino sermone vsos fuisse crediderit. Quod verò Isigonus Nicænsis prodidit canos ab inuente ætate capillos & glaucos oculos, quibus noctu melius quàm interdiu cernant, Albanis præcipuos ac proprios fuisse, id vanissimum est; cum glauci oculi non his modò, sed ceteris quoque Iapeti posteris ad Septentrionem vergentibus, & glaucus oculorum color, & albus à prima pueritia capillus communis sit. Memini me à præceptore quodam meo, cum prima mihi menti genarumque lanugo erumperet, crebrò rideri solere, quod ipsi iam sexagenario concolor essem, & antè mihi barba canuisset, quàm nata esset: At ea aureum post induit colorem, tandem ad nigredinem declinavit. Oculi item glauci mihi sunt, atramen noctu perinde atque ceteri homines cæcütio atque hallucinor. Valeat ergo Isigonus cum suis pedaneis, & Solinus sermonis Latini regnum arctioribus finibus includat, quàm vt ad Scythas vsq. sinat & Caspios euagari. Permississem ipsi hanc fabulandi scientiam, si post Pompeij demum bella ad Caucasum gesta Albani cœpissent vocari. Atqui idem annotauit Albanos se Iasonis posteros credi velle, quod an illi, an alij cuiquam priorum debeam assentiri, nescio: illud scio, quæ de Iasone feruntur, nihil aliud esse quàm deliras & aniles fabellas. Quid enim infanias, quàm Mediæ nomen à Medea Iasonis scorto deriuare, cum Moïsi, multo quàm Iason fuerit, antiquioris, testificatione constet, Mediam à Medi (sic enim citra puncta, quæ perperam Iudæi addiderunt, legendum est) fratre Thubalis nomen suum accepisse? Verum quo faciliùs Iasonicis nugis ignoscam, facit Trogus Pompeius, cuius partim lues & calamitas, partim seruator Iustinus, Albanos dicit ab Albano in Latio monte Herculem, Geryone nunc extincto, boues agentem secutos esse, & in Caspiis confedisse, quod delirium non tanti faciam, vt vel vno verbo refellendum putem.

LIBER

LIBER II.



DOSTO VAM nunc de nomine constat, quæramus quid præsci scriptores de regione hac memoriæ prodiderint, & in primis quibus eam limitibus terminarint. Ptolemæus, cuius antiquariam eruditionem nemo vniquã satis laudauerit, ab Austro eam maiori Armeniæ finibus contiguam facit, ad eam Hyrcani vsque maris partem in quam Cyrus multis ostiis immittit: Inde secūdum mare Orientem versus ad Soanam vsq. fluiuium extenditur: Ab Occidenti Iberiæ montibus, ab Arcto Caucaſo clauditur, in quo portæ Albaniam celebrantur. Per mediam ferè regionem labitur Albanus fluiuius, sic dictus vel ab ipsa regione quam mediam fecat, vel quod rectam viam ad summa Caucaſi cacumina demonstrat, si quis aduerso flumine se ad fontes sinat deduci. Indolem regionis eam Strabo nobis depinxit, vt vix beator possit optari. Ait enim omnem fructum, etiam eum qui solo cultu solet pronenire, in illa (ponte sua luxuriare; & quæ semel facta sunt, ea bis tere fructum afferre, tametsi alioqui citra aratrum frumenta nascantur. Vites fossione nulla opus habent, in bimatu fructum ferunt, quibus deinde satis est si quinto quoque anno putentur: cum adultæ sunt tantum ferunt vuarum, vt earum maxima pars in palmitibus neglecta relinquatur. Aer est temperatissimus. Iam & domesticum pecus & ferarum omnè genus pulcerrimos fetus profert. Homines grandes, atque corporibus optimè pulcerrimeque formati nascuntur, simplices & ad virtutem egregiè ab ipsa natura proclives, ac cauponariæ artis omnisque auaritiæ expertes. Vnum est vitium regionis vbertati adscribendum, quod ignauam desidemque vitam agere dicantur. Exercitum emittunt Armeniorum ritu armatum, sexaginta millibus peditum & viginti duobus equitum millibus constant: Pilis & arcubus vtuntur, thoracibus & clypeis muniti: Galeas è ferinis pellibus parant, quæ ex hac regione ad Iberos etiam transmittuntur. Canes habent ad feras inuadendas generosissimos, quo fit, vt venationi plurimum indulgeant. Narrat Plinius duos insignes canes Albaniam Regi fuisse, quorum alterum Alexandro Magno gratificandi causa miserit, cuius hic magnitudinem & formam admiratus, vrsos, mox apros immitti in eum mandat, quibus visis cum immotus præ contemptu iaceret, iussus est occidi, ceu ignauum & legne corpus: Id cum allatum est ad Albaniam Regem, alterum misit, aiens eum solum sibi reliquum esse, & idcirco cupere vt in leone vel elephanto generosi pectoris periculum faceret: Obtemperauit Alexander; mox iacuit leo dentibus discerptus: Adductus est elephas, qui longa & artificiosa canis dimicatione diu rotatus, tandem cecidit magna corporis mole terram quassans. Porro vt cernas quàm præsci Albanorum mores, ad Strabonis vsque ætatem cõseruati, cum Thubalis nomine congruant, hoc diligenter animaduertas oportet ab eodem auctore annotatum esse, apud Albanos singularem quandam esse & præcipuam senectæ venerationem, quam equidem certissimum indicium esse cenſeo illius veteris instituti, quod Thubalis nomine consignari fanciri que monstraui. Nam si omnis antiquitas accuratè seruanda est, ea que à senibus maximè sit discenda, summa profectò reuerentia senectus, omnium antiquitatum magistra, colatur necesse est. Quis non miretur hanc nominis in primo conditore & gentilis posterorum consuetudinis pulcerrimam concordiam? Hoc demum est veras nominum dare rationes, si illæ dentur quas veterum scriptorum testimonia nullis fabulis infecta confirmant. Quod verò Strabo addit plurimas in Albania linguas Pompeij tempore viguisse, quod eum à Theophane Magni huius Imperatoris comite didicisse reor, eo faciliùs credam, quod quanto quæque regio fecundior, latior & beator est, tanto magis exterorum incurſibus obiecta que regio, quo fit, vt varias multasque accipiat linguas intra paucas omnino ætates, dum aliæ atque aliæ gentes certatim ad vberes agros occupandos possidendosque pertrahuntur. Nobis tamen id obesse non multum potest, eo quod præsci sermonis vestigia clarissima, tum in primo conditore tum in vetustissimo regionis nomine reperiantur; & iis deinde cetera, quæ iam nunc dicturi sumus, adamussim consentiant.

VIDEAMVS modò quas Thubel in Albania condiderit ciuitates. Vt de aliis obſcuræ fortasse fieri possunt coniecturæ, quibus niti non temerè quifquam velit; ita nos

*Albania limitis.**Albanus fluiuius.**Albania fertilitas & indoles.**Albanorum militia.**Canes generosos alit Albania.**In Albania Pompeij tempore plurimas linguas viguisse.**Tubal quas urbes in Albania condiderit.*

Tripodis & ternarij firmis.

Thoubelaca Albania opidum.

Vigilandum esse cum omnibus, tum potissimum principis & populorum pastori.

abundè satis facturos putamus, si in tanta vetustate tres insignes atque de veterum & idoneorum testium fide celebres clarasque recenseamus. Magna est scellarum constantia, quæ tribus pedibus fulciuntur; adeò vt cacodæmon, Delphici oraculi præfès, vatem suam de tripode mendacia effutire voluerit, quò maior eorum firmitas esse crederetur. Et verò si in quibusvis consultantium de Rep. suffragiis impar numerus seruandus est, nullus aut prior fuerit aut præstantior ternario, cuius typum omnes res creatæ gerunt; nec quicquam à Deo proficitur aut datur, quod non per hunc & descendat & formetur. Prima itaque vrbs *Thoubel Wat* dicta est, è quo Græci Thoubelacam fecerunt. Mirum est quàm omnia primorum parentum monumenta plena sunt mysteriorum; adeoque nullum ab ipsis nomen factum sit, quo non salutaris communi hominum vitæ doctrina contineatur. Dixi Thoubelum nomine suo ab Iapeto monitum fuisse, vt perpetuò antiquorum omnium diligens esset conseruator: At hic non satis habens adhortatione nomenclaturæ suæ perpetuò ad maiorum imitationem se incitari, voluit primæ suæ ciuitati illud nomen dare, quo audito semper primarium boni Regis officium occurreret. Nam si *Thoubel Wat* in verbi notatione interpreteris, non aliud redere queas, quàm si dicas, Thoubel vigila; siue, excubias age. Christus summus Rex & Sacerdos omnes iubet vigilare; cuius Apostoli idem crebrius repetunt, dum perpetuò nos sobrios vigilantesque esse cupiunt. Sed licet cuius semper excubias sint agenda, ne hostis & omnium & singulorum per insidias, quas semper & assiduò molitur, arcem mentis expugnet; neminè tamen magis oportet vigilare quàm pastorem populorum; cui non sua ipsius tantum salus, sed totius Reip. commissa est. Vtinam quàm illud Homericum doctorum hominum linguis tritum est, tam esset bene à Regibus & sacrorum & rerum publicarum obseruatum:

*Ὁδὲ γὰρ παννύχρον εἶδεν βυλκίφρον ἀνδρα,
ὃ λαοὶ τ' ἑπιτέταρθε, καὶ πόσας μίμλεν.*

quod Musa non æquè fauente sic Latinis occinam:

*Pernoctes somnos ne ducat Consul oportet,
Qui populos regit, & qui tanta negotia curat.*

Plato Reges canibus comparauit, quorum ea natura est, si generosi quidem sint, vt noctu perinde atque interdum vigilem custodiam seruent. Præclarè cum à Platone tum ab Homero regis partes descriptæ illæ quidem sunt, verum tanto plurius nomen Thoubelacæ facio, quanto & ob antiquitatem & ob breuitatem plusquam Laconicam dignius est veneratione. Maximo sanè beneficio Thoubaldus non suæ modò & ætatis & ditionis homines, sed omnem etiam posteritatem sibi obligauit, dum perpetuam voluit in principis vrbs nomenclatura extare Chriam, qua Reges monerentur diligentem vigilantiam in populi sibi commissi rebus semper esse seruandam; neque debere vilius alterius tantè esse auctoritatem, vt ea Rex fretus vel minimum de custodia sua remittat. Rex enim alij cum summo imperio populum tradens gubernandum, se ipse Regia exuit dignitate; quod breuiter à me dictum, & longè breuius à Thoubaldo vnica syllaba trilittera denotatum, mirum est quàm latè sese ad omnes officiorum partes extendat; in quarum singulis si vis eius examinaretur, vereor ne frequenter quibus potius homines quàm ipse Rex, Reges esse deprehenderentur. Quotquot ergo vel à Thoubale se genus ducere existimant, vel antiquissimam eius auctoritatem reuerentia dignam ducunt, ij sedulò annitantur, vt perpetuas & ad suam dignitatem & ad populi salutem excubias agant: nec cuiquam vniquam tantum fidant, vt ipsimet vigilare cessent. Cui verò hæc tam difficilis prouincia non placebit, ei in mentem veniat illius quod anicula quadam Philippo Macedonum Regi audientiam neganti dixisse fertur: Si me audire non vacat, depone partes Regias, & Rex esse desine. Et hæc quidem de Thoubelaca insigni fonte omnium officiorum, de quo quanto largius Reges bibent, tanto felicitius cum subditis ageretur: quod tanto quidem nobis hac tempestate calidius optandum, quanto res Belgicæ longius absunt ab omni spe salutis, nedum honestæ & Christianis hominibus debitæ libertatis. Sed missis querelis nihil profuturis in aliam ciuitatem commigremus, quam Chaibal primus Albanæ Rex Thoubaldus vocauit. Miranda est, ne dicam stupenda, & rerum & nominum in his duabus vrbsibus cognatio. Nam fieri non potest vt Thoubelaca nominis sui dignitatem tueatur, vt non simul

Chaibal Albania opidum.

Gaibal,

Gaibal, siue, vt Græci scripserunt, Chaibal existat; quod quò perspicuum fiat, quid *Gai* designet, explicandum. Cum aliàs frequenter in hanc vocem incurri, tum nullam latius de ea disserui, quàm in Gallicis. Vt ergo breuiter eius explicatu hoc loco defungar, nihil aliud significat, dum verbum est, quàm placeo, adlubesco, gratus sum, voluptate adscio, aut si qua alia ratione id clarius exprimi queat. Hinc pro coniuge ponitur, boni videlicet omnis causa; quo fit vt Græci *γαία* pro terra dicant, eo quòd Terra Ætheris coniux sit; secundum illud Poëtæ,

—secundis imbribus Æther

Coniugis in gremium latus descendit.—

Clarum igitur quid sibi ritualia sponsæ apud antiquissimos Latinos verba voluerint; quæ nemo hactenus aut Latinorum aut Græcorum intellexit. Si tu mihi Gaius eris, ego tibi Gaia ero; quibus nihil aliud significabat, quàm si sponsus se lætum, hilarem, & omnibus rebus placidum gratumque vxori præbuerit, se vicissim talem erga maritum futuram. Latini loco Gamma malè scripserunt Cappa, ramentis aliter pronunciarent tum in his sollempnibus sponsaliorum verbis, tum in prænominibus efferendis: Tolerabilius quòd Græci loco Gamma Chi scripserunt, cuius potestas litteræ mediæ vicinior est. Ratio nominis à me & in Gallicis & Hermathena sic exposita, vt quòd Gaium est vitam dare intelligatur, eo quòd, vt spiritus tristis ossa exsiccat & tabem mortemque adfert, ita lætitia & hilaritas viuere nos facit. Hinc illud est quod modò dixi, Adami coniugem *Gaiuat* nominatam fuisse, id est vas vitæ dans. vnde apud Hebræos reiecto Tau *Chaua* mansit; in quo ipsi non matrem viuentium, sed vitam dumtaxat reperient; tantum abest vt Hebræus sermo totam Mosis etymologiam absoluat. Iam ipsum *גַּי*, quo viuere denotatur, è nostro *Gai* corruptum est: ita nihil habet quod non è nostro sermone acceperint, licet litterarum significationumque confusio furtum sapius occultet. Vocabulum autem hoc nostras esse non vera modò eius ratio, sed conuersio etiam nobis propria, qua ex *Gai* fit *Gag*, euidentissima demonstratione conuincit. quod addo, ne quid morosis quibusdã & perniciousis veterum auarum patris reliquum sit ad obtrectandum. Quòd si ne hæc quidem sufficient vel ad calumniam vel ad inuidiam declinandam, id faciam quod mulieres in Hispania sollempne habent, vt nimirum medium digitum, quem ficum nominare consueuerunt, liuidorum hominum fascino opponam. Interim vel lubentes discant, vel inuiti alios discere videant, quid *Caius* & *Gaia* apud Latinos, quid *γαία* apud Græcos, quid *Chaua* apud Mosem designet, atq. illud etiam ipsum *גַּי* origini nostræ deberi. Ex his liquet *Chaibal* idem esse quòd Latinus vetusto vocabulo à nostratibus accepto diceret, Gaium serua; id est ea quæ placent optimis quibusque, quæque omnibus placere meritò debent, diligenter tibi conseruanda existima. In his primum est, vt Deo, hinc Regi, mox proximis quibusque, deinde optimo cuique placere nitamur. In hominum autem numero illa propinquitatis ratio maximè valere debet, qua Deus in paradiso Adamū & Chauam copulauit: & idcirco dum *Gaia* simpliciter effertur, de vxore intelligitur; quo in genere, vt modò dixi, Terra quidem apud Poëtæ suam habet excellentiam; mens verò humana & tota Christianorum, quotquot vniquam vel fuerunt vel sunt, vel erunt, multitudo *Gaia* est sponso suo Christo, qui verus & vnicus Gaius iure suo debet vocari; tum quia Ecclesiam sibi æterno coniugio deuinxit, tum quia Patri placuit, quem diuus Ioan. Baptista dicentem audiuit, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Quid quòd præter hunc nemo Gaius reuera dici potest? cum hic solus vitam dare queat, quod *Gaij* etymologia requirit. Diuinum igitur omnino præceptum est, quo imperauit Thoubal Gaium semper & vbiq. esse seruandum; hinc erga Deum & eius coæternum filium omnis hilaritatis & gratiæ, quas res *Gaij* nomen designat, datorem; hinc cum erga omnes homines, tum maximè erga coniugem legitimo matrimonio vnitam. Non potuit ergo non gratissimum esse *Gaibalæ* nomen Thoubalis vxori, vt pote quo is polliceri, aut potius sibi imperare videretur, vt & ipse Gaius esset, & *Gaiam* suam sibi seruaret; quasi diceret: fac vt tu *Gaiam* te præstes, ego vicissim Gaius vt sim curabo. Cæterum non huic modò, sed toti etiam populo suo in nuncupanda hac ciuitate dicere videbatur: Equidem sic Thoubal ero, id est maiorum imitator, vt perpetuas excubias pro populi salute agam, atque hac ratione & Deo & vobis

Gaium me fore spero: Vestrum è regione fuerit, vt pariter omnes annitami mihi & rectis antiquorum vestigijs insistenti, & ad Rempubliam seruandam diligenter aduigilanti, vos Gaios præstetis. Elegantissimum, ita me Gaia venustas amet, ciuitatis nomen est Gaibala, qua voce & publicè omnes, & priuatim singuli monentur, vt earum rerum omnium obseruantes esse studeant, quibus rebus fit vt & omnibus grati simus, & vera nobis vita detur. Transeamus nunc bonis auibus in tertiam ciuitatem, lustremusque emissitijs, vt ita dicam, animi oculis, num in ea consecranda minùs faustum nomen pater Albanus excogitarit. Acrem Regis vigilantiam ad antiquissima primorum parentum instituta totam Rempubliam dirigentis læta & amœna & prorsus Caia rerum omnium facies sequatur necesse est. Quid porro inde expectandum? Quid aliud, quàm perpetua læticia & vitæ suauitas? Vt igitur hanc rerum consecutionem & ætatem denotaret, omnesque tum sui æui homines, tum posteros insigni hac felicitatis promissione ad omnem officiorum & honestarum actionum rationem excitaret, tertiam urbem Iubal, siue Iobal, siue Ioubal nuncupauit; qua voce iucunditatis & gaudij conseruatio denotatur. *Iu* enim de natura litterarum subtilem quandam & omnia penetrantem dilatationem designat: Quod si *Iu* dicamus, voluptatem eam cuius blandum acumen nos modò ferit, perpetuam nobis esse cupimus; eò quod *O* æternitatem, *V* dilatationem de potestate sua signet, vt Hermathena nostra demonstrat. At si *Iou* dicas, iam perpetuam blandæ, suauis & omnia penetrantis lætitiæ dilatationem designas. *A* *Iu* fit *Iug*; id est lætum; & inde rursum *Iug*; pro gaudio; quæ vox pro eo ætatis vigore apud nos frequenter vsurpatur, qui ad voluptates & gaudium maximè propensus est: *A* *Iu* fit *Iouit*; quo significatur nostratibus iucunda temporis in læticia gaudioque tractio: Hinc item *Iouet* pretiosam elegantemque suscepibilem designat, soli voluptati seruientem: *A* *Iu* Latini Iuuo & Iucundum & Iupiter, quo voluptatis pater denotatur, retinuerunt: Ab eadem radice nobilissima illa vox pullulauit qua Deum Iouem indigitamus. Neque enim Deus aliud est quàm purus actus sui ipsius contemplatione gaudens. Qui Iehoua pro Ioua, siue potius Iouis, efferunt, & hoc nomen à verbo substantiuo deriuant, omnibus generatim veterum Rabbistorum sententijs aduersantur, vt Balenus Hebraicæ linguæ apud Louanienses ante paucos annos doctor crebrò recentioribus Grammaticis & in cathedra & in familiaribus colloquijs exprobrare consuevit. Nos Mosem Rabbinum Ægyptium de hac eadem opinione laudauimus; & qui de Iouis nomine plura scire uolet, Gallica nostra consular, quæ docebunt quod sit inter primaria Dei nomina discrimen. In Hieroglyphicorum item illa parte qua litteræ *Iot* suam adapto figuram, latius de voce *Iu* disputo, & eius originem & possessionem totam vernaculo nobis sermoni vindico, licet aliis etiam nationibus eius usum libenter concedam. Iobal igitur non modò vnus est de faustissimis nomenclaturis, sed tanto etiam ceteris omnibus excellentius est, quanto Iouis nomen reliquis vnus Dei nominibus superius habetur & diuinius. Vide nunc quæso quod nos paulatim Thoubal deduxerit, & quàm breui compendio in summa collocarit felicitate, ad quam non multis & spissis libris, vt Plato & Aristoteles & eorum discipuli, sed tribus dumtaxat oculis tres gradus indicantibus viam struxit. Et sunt profectò hi gradus tam certi, vt quæcumque tandem regna per eos adscendant, non possint non ad summum gaudium, quo vltimum bonorum perficitur, adspirare. Aduigilet Rex quo prius leges & consuetudines à primis maioribus institutæ tam in priuatis quàm in publicis, tam in sacris quàm ciuilibus negotijs diligenter obseruentur: deinde contendant omnes inter se quod alius alij placeat ac gratum se iucundumque præbeat, & Rex populo & populus Regi & quiuis cuiilibet, & mox tertium illud existeret quo summum bonorum continetur, id est perpetua gaudij conseruatio. De eiusmodi regno cum diuino vate bono iure canere possemus: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnione! vt videlicet sit cor vnum & animus vnus, & omnia sint communia, haud secus atque in exordio Christianæ fidei legimus fuisse. Poterant hæc quidem satis multa videri de ternario ciuitatum dicta, quo veluti funiculo quodam triplici Albanæ regnum Thoubal colligarat; atramen necdum me puto integram causam reddidisse, cur vltima vrbs Iobal sit nuncupata. Est illa quidem quam exposui satis valida ratio appellationis; verum accedit & altera minimè

Iubal, Iobal, Ioubal vocum etyma.

Iou.

Iobal Albanis opidum.

minimè contemnenda, ab eo præsertim qui studiosus sit cultor antiquitatis, qualis vt esset Thoubal, suo ipsius nomine monebatur. Cùm enim ante diluuium Thoubalis quoque nomen Lamechi filio fuisse à maioribus accepisset, & illi Thoubali fratrem fuisse nomine Iubal, tamen non ex eadem matre, procliuior non immeritò fuit, vt tertiam urbem huius nomine insigniret, quo nimirum & illud, quod modò exposui, doceret, & præterea ætatis ante diluuium actæ memoriam refricaret. Fuit autem Iubal filius Ghodæ, cuius nomen characteribus Hebraicis גודא scribitur, quod vulgo contra elementorum potestatem Ada proferunt. Apud nos hæcenus mulieres hoc nomine vocantur, inter quas & aniam meam possum numerare, quam si *Gode* dicas, nemo est nostratum qui non bonam intelligat: Multi *Iuet* pro *Goet* dicunt, quo discrimen sit inter nomen proprium & illud quod appellatiuum vocant. I enim consonans & *G* magnam habent cognationem, ita vt alteri altera frequenter succedat, quod mox videas in Iabal fratre Thubal-cain, qui quod semper in tentorijs ageret, ac numquam quiesceret, dictus est Gabal, id est iuionis profectioisque conseruator: vbi Hebræi Iabal & Iabal pro Ga scribunt, perinde atque Latini Ianus dicunt pro Ganus, quod vocabulum ab eundo quoque deriuari Cicero testis est. Ga enim idem est quod *eo* in sermone nostro, à quo Ianus & Iabal: Quemadmodum verò Gabal perpetuæ itionis erat conseruator, ita Iubal conseruatorem gaudij nobis significat, vt modò dixi, quod nomen sortitus est ab eo quod pater esset & inuentor musices organicæ, qua nihil est ad gaudium & excitandum & conseruandum potentius. Duo eius instrumenta celebrantur; alterum קנור quod Citharam vertunt, alterum עוגב quod Organum reddidit vetus, quicquid sit, Interpres. Nos eas voces præposteras esse remur, nec aliter è primo sermone corruptas quàm è *Iof* folium, & è *Iou* nostrati *μορφη*, & id genus alia quàm plurima è nostris vocibus litterarum ordine transposito ducuntur. *Eug* quod Allemani *Eug* dicunt, est testudinis illud genus quod arcu, cui fides intenta est, vtrò citroque ducto exterius mouetur, interius verò digitis pulsatur. Dicitur autem *Eug* à *Ge* *hug*; id est lætitiæ do: Hinc *Regug* est blanda voce & longo verborum symmate aures titillando decipere. Hinc apud Hebræos עוגב inuersum. Similiter ex עוגב *עוגב* fecerunt, quo denotatur quod aures contentas reddit: Equidem Organum verterem, quam vocem homonymòs pro instrumento musico & alio quouis instrumento poni credo; eo quod organum videatur ab עוגב factum esse, & dum pro quouis alio instrumento ponitur, עוגב quasi עוגב dicatur. Sed hæc tanti sunt quanti ea quilibet æstimabit. Porro vt Iabal & Iubalis mater à bonitate nomen habuit, ita Thubalcain mater Stilla dicta est, quod taciturnam & tranquillam designat, vt quiuis nostratum audita voce *Stilla* agnoscat. Eius filia נוגב-man dicta est, virum contentum reddens, è quo Hebræi נוגב fecerunt, quod repugnante secundæ litteræ potestate Noëma plerique pronuntiarunt.

Iubal Lamechi filius.

Ghoda. Ada.

Iuet.

Iabal & Iabal vocum etyma.

Organicæ musices inuentor.

Eug sine.

Organi etymon.

Stilla. Nogh-man. Noëma.

Iberia à Thoubalis posteris Albanis principio occupata.

Iapeti filiorum duo genera.

CÆTERVM tempus est vt Albanæ ciuitatibus valedicentes ad Iberiam transeamus, quam Thoubalis posteros occupasse Iosepo credere debemus, partim quod is à vetustioribus ita acceperit, partim quod verisimile videatur ab Albanis Iberiam principio occupatam fuisse; partim etiam quod Strabo Iberos Scytharum faciat cognatos; quod verisimè de Thoubalis posteris dicitur, cuius patri tota Scythia ab Imao monte vsque ad Septentrionem ostigit, vt clarissimè is cernit qui Mosi & Ptolemæi scripta diligenter contulerit, & iis Herodorum adiunxerit. In libro Iudith duo genera filiorum Iapeti indicantur, quorum alij ad Septentrionem habitent, alij ad Austrum vergant. Qui ad Austrum declinant, Medi sunt, Parthi, Ariani, Paropamisadæ, Margiani, Hyrcani, & fortasse Bactriani, & his vicini. Carmanas autem & Persas ab Iapeto genus ducere ex eo colligas, quod Carmanorum & Persarum sermo idem sit cum lingua Medorum, vt testatur Nearchus: Quo fit nihil vt miri videri debeat, Sacas, vnde Sacasones genus ducunt, & Germanos in exercitu Persarum ab Herodoto recenseri. Iam vnum est de clarissimis, Magos omnem suam eruditionem nostra lingua tradidisse, vt à me satis latè copioseque in Gallicis est explicatum. Refertur ergo in libro Iudith, Holofernem omnia in Asia occupasse, à Cilicia, quam filij Tharsis habitabant, vsque ad vltimos fines filiorum Iapeth, qui sunt versus Austrum, quorum mox exemplum Medi subiunguntur. Omnium autem horum prima origo ducitur ex ea Scy-

Iberos Scytharum esse cognatos.

Iberia regionis situs. Cyrus fluminis.

Albani quavis in Iberia penetrarunt.

Baldus mons. Fœnicularium mons.

Mofchi unde genus ducatur & nominis interpretatio.

Moer.

thiæ parte in qua Iapetus cum patre suo simul ac Arcam egressus esset, habitavit, ac fratribus deinde aliò habitatum emissis tantisper mansit, dum his locis satis frequentatis ad reliquas sibi destinatas terras commigravit. Ex eadem Scythiæ parte Toubal in Albaniam venit, non longinqua tantùm cognatione, sed intima reliquis Scythis coniunctus; quò fit ut non malè dixerit Strabo, Iberiæ incolas Scytharum esse cognatos, & ad eorum vivere consuetudinem. Est autem hæc regio altissimis vndique montibus septa, in quam Cyrus flumen, quod inde delabatur, iter ex Albania demonstrat; qua de re consentanea prisca migrationum rationi traditio est, Albanos primos in Iberiam penetrasse, ripas aduersi fluminis secutos, vbi cum rupe quadam impedirentur, eam incidendo peruiam fecerunt, ac mox inde lacum, quem flumen inter montes efficit, linitibus traiecerunt: Reliqua omnia latera horrendis cauitibus aut inuia sunt, aut infinitis difficultatibus impedita: Media planities fluminum beneficio largiter irrigata secundissima est, & perpetuo ferè virore ridet. Montes item quibus cingitur, pascuis lætis abundant, haud secus atque Alpes Tridentinis vndique vicini. Quid enim supremis montis Baldi dorsis aut viridius aut pabuli feracius? Quæ planities cum valle Bondonia queat comparari? In montis fœnicularij iugis quanta graminis & denfitas & altitudo: in quibus ut myrrhidis maioris & sessilis Carolinæ, siue ea Chamæleon sit siue non, & aliarum nobilium plantarum & fruticum copia ingens visitur; ita ferulæ genus inueni, quod si Laferpitium non est Cyrenaicum, certè Lafer Alpinum dici potest; tanto succo optimi odoris in radicibus maximis & crassissimis abundans, ut alterius locum supplere possit. Quid ego reliquos commemorare montes, quos maxima cum voluptate ad ipsos vsque CrySTALLINOS apices sapius ascendi? Ex horum comparatione de illis coniecturam facio quibus tota Iberia septa est. Cæterum an ipse Toubal in hanc regionem colonos deduxerit, an verò ipsius posteri, quod magis credo, nec scio, nec scire magni refert. Certè ipsius Toubalis nullum in ea apud probæ monetæ scriptores monumentum reperire quivi: & erat alioquin Albania ingens regio, magnæ filiorum nepotumque Toubalis multitudini capiendæ ad aliquot ætates satis futura. Multo itaque minus probabile fuerit Toubalem hac locorum vicinia relicta, in quibus Moschos & Medos duorum fratrum suorum filios proximos habebat, per ingentia terrarum interualla in Hispaniam commigrasse. Meridianum enim Iberiæ latus Moschicis montibus clauditur, à Moschis nomen sortiti, qui genus ducunt ab Iapeti filio Moschou; è qua voce alij Mesech, alij, in quibus Græcus est interpretres, Mosoch fecerunt. Mosès rectè consonantes expressit מֹשֶׁה quibus Hebræi non rectè puncta subiecerunt. Moschou ad verbum significat, molestiam vita & effrenem animi perturbationem, è qua molestia necessaria consecutione existit. Moer enim animum significat, à Mat, quod est indomitum; cui quia Chaua & Adam paruerunt, in omne genus molestiarum præcipites ruerunt; vnde placuit Adamo ut & animus & molestia eadem voce notarèntur, quo semper cogitaremus ei obediendum non esse, nisi in magnas molestias correre velimus. Verùm idem noster primus parens sic vocabulum hoc construxit, ut si per vestigia ipsum retro legas, mox sis remedium malorum reperitur. Moer enim frenum designat, quo perpetuò nobis opus est, si impetum animi rationi aduersantem cohibere, pro eo ac debemus, velimus. Vna igitur uocula tria designauit, & animum ab indomita sua natura vocari, & inde omne molestiarum genus emanare, & quod vltimum est & optimum, huic malo non esse aliud remedium, quàm si freno & lupatis animus dometur. Horatius hanc primi nomenclatoris nostri sententiam ad hunc modum expressit:

Animum rege, qui nisi pareat,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.

Iapetus ergo hunc filium Moer-schou vel Moschou, quo leniùs ritu nostro coëat compositio, vocauit; ut quoties de nomine suo cogitaret, toties memoreretur effrenatam animi incitationem & molestias inde consequentes summa ope esse vitandas. Quòd autem Moschou hic filius vocatus fuerit, satis liquet de nomine Moschouia. Nostros hætenus Mos-schouen eos vocant, quos Moschos Latini Græci que vocare consueuerunt; vbi perspicua est illa quam assignauit nominis origo. E priore composita uocis parte Moly apud Homerum celebratum nomen habet, quo vocabulo monemur molestias

molestias omnes æquo animo perferendas esse, de quò ut alibi plura, ita hic nihil eram dicturus, nisi ostendere voluissim hanc compositionis rationem nobis esse vsitatam. Tanta verò fuit Iberum & Moschouorum inter ipsos cognatio, ut multis locis permisti habitarent; ut ex Strabone facilè discas, vbi Moschicam tradit tripartitam fuisse, partem à Colchis, partem ab Iberis, partem à Moschis habitatam. Adde nunc & Medos inter Albaniam & Margianam habitantes, quorum patrem Toubalis germanum Hebræi Madai vocant, rectiùs facturi si Moïsi scripturam secuti מַדַּי citra puncta reliquissent; quæ si addere placuisset, ab ipsis illis qui nomen ferebant discere debuissent, à quibus vel crassissimæ aures statim accepissent, Medi, non Madai, pronuntiandum esse. Significat autem Medi auxilij promotionem & augmentum; eo quòd מֵדֵי fit idem quòd auxiliior & cum quopiam facio, & מֵדֵי auxilium. מֵדֵי promoueo, incrementum facio. Hinc Iapetus filium Medi vocans, videtur iussisse ut & ipse perpetuò aliis magis atque magis auxiliaretur: & vicissim talem se præstaret, ut indies magis ab auxiliis & subsidiis aliorum incrementum atq. augetur. Quid rogo aliud hac voce sanxit Iapetus, quàm illam caritatis legem, quæ auxiliiorum mutuò ferendorum perpetua postulat augmenta? Hoc illud est quòd Christus præcepit, Dilige proximum tuum perinde atque teipsum. Bone Deus! si hæc lex inter Iapeti posteros seruaretur, iam olim totus orbis Christi fidem & suauem iugum accepisset. Medi itaque & Moschou Toubali fratri suo vicini habitauerunt, longissimè terrarum ab Hispania remoti, quòd annotandum duxi, quoniam non parum momenti in antiquitatum inuestigatione gentium inter se habeat vicinitas & cognatio. Quando igitur nunc reddidi probabile, quòd eius fieri potest in tanta veterum monumentorum inopia, Toubali posteros coloniam in Iberiam deduxisse; videamus qualis illorum oratio habenda sit, qui Iberum Toubalis filium esse scripserunt. Arrigant modò aures Hispani, quos Iberos à Græcis vocari extra omnem est controuersiam, & mecum exquirant, an ipsi Orientalibus Iberis nomen dederint; an verò ab illis acceperint, an verò, quòd fieri etiam potest, neutri alteris nomenclaturam suam debeant. Strabo frigidam adduxit coniecturam, de qua existimare quis posset, propterea eodem nomine Occiduos & Orientales Iberos dictos esse, quia apud utrosque aurum reperiatur. Sed quid auro cum nomine Iberi? Aliquid poterat probabilitatis habere oratio, si Chrysitæ vtraque gens vocaretur. Dionysius Alexandrinus hos nobis ea de re verius reliquit:

Τὸ δὲ πρὸς ἀντολίω βορέω τ' ἑπικύλι) ἰσθμῶς, ἰσθμὸς κασσίνος τε καὶ εὐξείνιο θαλάσσης, τὰ δ' ἑπικύματα ἐκείνων ἔθνος ἰβήρων· οἱ ποτε πύρηνθεν ἐπὶ ἀντολίω ἀφίκοντο ἀνδράσιν ὑμῶν ἰοισιν ἀπεχθὲν δὴ εὐ ἔχοντες.

Nos sic ex tempore Latinos faciebamus:
Huius ad Eoam partem Boreamque sit Isthmus;
Isthmus ab Euxino ponto freta Cassia claudens;
Quo super insedit Solis surgentis Iberus
Conscius: huc quondam qui per iuga celsa Pyrenes
Venit ad Hyrcanos horrendo Marte domandos.

Poëtæ sententiam laudat Eustathius, addens haud aliter Iberos ex Hispania in Asiã atque Galatas è Gallia venisse; verùm vterque insigni tenetur errore. Quòd enim de Gallis in Asiã ex Europa profectis dicitur, verum illud quidem est, & multorum testimonij confirmatum; at qui & qua via priùs illi ipsi qui Asiã occuparunt, in Galliam venerint, à nemine, quòd equidem sciam, memoriæ proditum habemus. Nos Testofaces em Asiã Galatiam venerunt, inde in Græciam profecti sunt, vnde possunt in Asiã redierunt. prii in Saxonibus nostris tradidimus, Testofaces priùs multo in Asiã ad Aquilonem non procul nec à Sueuis nec Saxonibus habitasse, atque inde in Galliam longis itineribus venisse; vbi rursus nouis & maximis liberorum aucti incrementis, partem gentis in Græciam & inde in Asiã transmiserunt; qua de re T. Liuium, Trogam Pompeium, alios & Græcos & Latinos consulere licebit. Cæterum illud quòd de priore ipsorum ad Aquilonem habitatione dico, Ptolemæi testificatione clarum reddo, qui eos non procul ab Imao in latitudine quinquaginta octo graduum collocauit. Quamobrem si quæritio sit vbi priùs habitauerint, in Galliane an in Asiã, veritas de Moïsi histo-

ria pe-

ria petatur necesse; de cuius testimonio constat, circa Margianam & loca vicina primum homines habitasse, & multo illic prius Iapeti liberos copiosa sobole auctos fuisse, quam in Europam migrarent: Huic necessario connexum est, Iberos prius in Asia quam in Hispania sedes fixisse, & fieri potest ut Teetofaces Iberorum commigrationem sint secuti ut Europæ propinquo, in quam poterant per Bosporum Cimmericum magno compendio transire, nisi fortassis e Colchorum regione, quibuscum frequenter habitabant, in Thraciam traiecerint, atque hinc aduerso Istro prius, deinde per Heluetiorum valles in Galliam, & ex hac iterum in Hispaniam profecti sint. Ex his liquet nihilo magis Iberum Toubalis filium esse quam Albanum, licet & prima, quam Toubal post commigrationem e Baetris & Margianæ vicinia incoluit, regio Albania, & flumen eam mediam ferè secans Albanus vocaretur. Memini Gerartum Falkenburgium, dum in Nonni Dionysiacis in lucem dandis laboraret, ex me quæsiuisset, equanim rationem dare possem de qua Rhenus Iber meritò diceretur. Cui equidem mox respondi, nostræ linguæ hominibus facillimè probari posse si Rhenus Iber vocaretur, quandoquidem iis omnibus qui in litteris Græcis sunt nonnihil exercitati, clarum sit, hunc fluuium mirum in modum zelotypum esse, nec villo modo ferre ut cuiuspiam vxor se Helenam faciat, quam Velenam olim dictam fuisse ne Grammatici quidem negarent, qua voce illa denotatur apud nostrates quæ fascinum aliunde, quam à marito accipit commodato: Eiusmodi mulierum fetus à Rheno, cui probandi recens in lucem editi immergebantur, suffocari solere, utpote omnis incesti flagitij & impuri amplexus impatiens: atque inde nomen Ister habere; quo nihil aliud quam purum, sincerum & integrum in vernaculo nobis sermone significari omnibus nostratibus clarum esse. Nihil ergo me miraturum, si quis ei cognomen Iber accomodet. Addidi etiam me de Græco quodam incerti auctoris epigrammate hoc in Aduaticis meis tradidisse, cuius principium sic reddidissim:

*Zelotypo audaces Celta sua pignora Rheno
Expendunt, non antè rati se posse parentes
Dici, quam videant venerando flumine lota.*

Et eodem loco illud Nazianzeni me Latine expressisse:

*Cernitur ut purum prunis ardentibus aurum,
Gurgite sic Rheni pignora Celta probat.*

Non displicuerunt hæc tum Falkenburgio, tamen ego verear non tam diligentem Nonnum fuisse, ut hoc cognomen à Germanis eum didicisse, & æternæ memoriæ consecrassè, suspicari debeamus. A Syndeton enim, ni fallor, esse potest quod dixit, *ῥευσὸν Ἰστροῦ ὀβρε πῖνος*; ut intelligamus & Iberum & Rhenum aurum obtulisse. Sed hoc ut cuique visum fuerit æstimetur, nobis certo certius est, Iberiam non de Toubalis villo filio, sed de peculiari situ nomen habuisse, atque inde multis fortè post ætatibus, cum coloniarum emittendæ essent, partem Iberorum in Hispaniam migrasse, & flumini, quod totam Hispaniam ferè insulam reddit, suum nomen dedisse, tum quòd ipsum illo dignum videretur, quoniam ab ipso propè Oceano exortum, & inde in mare mediterraneum exoneratum totum illud latus quo Hispania Galliarum hæret, prætexat ac munit, timens nimirum, ne quis exterorum hac parte ad agros suos irrumpat, eoque non malè zelotypiæ nomine notandum: tum quo regionis vnde venerant perpetua memoria apud posteros suos extaret. Hinc igitur Hispania Iberia cœpta est nominari multis post annis quam in Oriente Iberia condita fuisset; cuius tamen nominis, uti recentioris, magis quam Hispaniæ Græci meminere, hac ipsa de re digni qui audiant quod Plato eos in Ægypto quondam audisse tradit; ubi, veluti pueri semper essent, accusati sunt magnæ rerum priscarum obliuionis. Quod autem quidam fabulati sunt, Iberum & Celtum Herculis filios fuisse, id ad nugamenta illa pertinet quæ nobis e regionum nominibus primos conditores ac reges comminiscuntur. Aliis placuit ab Ibero amne eos qui Hispaniam colunt, nomen accepisse: verum hos ego rursus interrogabo, vnde flumen ita sit nuncupatum? Respondebit Pseudoberosus, ab Ibero Toubalis filio; quod quidem aliquo modo probabile videri posset, si Toubalem & Iberum prius in Oriente quam in Hispaniam venirent, confedisse traderet. Sed missas faciens & huius & mangonis ipsius ineptias, explicabo vnde Iberia orientalis nomen habuerit.

Rhenus zelotypus partus adulterinos suffocabat.

Rheni etymon.

Iberi in Hispaniam migrantes flumini nomen tribuerunt.

Hispania vnde Iberia appellata.

Iberia orientalis vnde nomen habuerit.

nomen; quod simul ac fecero, mox intellige mihi cur flumen Hispaniæ Iberus vocetur. In antiquissima lingua quam Doutsse vernacula voce dicimus, *Eiber* siue *Euer* significat zelotypiam, cuius causa ab *Ei* & *Wer* petenda est. *Ei* ab *e* deriuatur, id denotans quòd sic unitatem suam tuetur, ut se ab aliis abstrahat omnibus: Hinc *Eilant* terra dicitur solitaria nulli alteri adhærens: Ab eodem vocabulo fit *Eigen* / quo id denotatur quod sic suum cuiusque est; ut cum alio minimè communicetur: Ex hac voce apud Græcos *ἰδὸς* mansit, ceu *er-dō* dicas, quod significat aliquid faciens ab omnibus aliis separatum; quo fit ut maximè congruat hoc nomen aut essentiali differentiæ, aut Platonis exemplaribus, à quibus propria rerum discrimina capiuntur. Vsurpatur & *Ei* pro ouo, eo quòd ouum vndique sic conclusum sit, ut cum nihil sui exterius communicet, tum nihil etiam alitè accipiat. Porro *Wer* idem est quod defendo ac propugno, vnde *Ei-Wer* & per cognatam litteram *Euer* / siue *Eiber* / siue etiam, ut Allemani quidam efferunt, *Eifer* / zelotypia est cuiusvis rei quæ ad hoc tota incumbit, ut quod quis habet, id solus habeat. His declaratis, perspicuum cuius fuerit cur ea regio de qua queritur, Iberia dici meritò possit. Quæ enim tanta potest esse zelotypia, quanta huius est regionis, quæ bona omnia sua tot propugnaculis montium asperrimorum conclusit, ut nulla zelotypi vxor magis occlusa esse possit, nullum ouum magis seipsum, nulla insula magis à cæteris terris seuncta? Quod verò nobis prima in *Eifer* longa sit de originis ratione quam Græci corripunt, non magni faciendum est, propterea quòd temporum mutatio innotæ significationis vocabulis frequentior sit quam vt opus sit hac in re multum laborare: Hæc nobis longum est; at Græci ex eo *ἰδὸς* vocali breui fecerunt: *Ἰστροῦ* diphthongum in vernaculo nobis sermone habet, cuius loco Græci *Iota* breue ponunt *ἰστροῦ* dicentes. Quid multis? Complures libros complectè, si quot sunt huius mutati temporis exempla, tot enumerate vellem. Latini ex *Euer* Riualis litteris transpositis & Lambda adscito fecisse mihi videntur. Nam quòd Riualis à Riuo in hac notatione deducunt, ineptum est, & longè à zelotypia remotum. Quòd si cui hæc etymologia vocis Latinæ displicet; is sinat meam opinionem sine rivali mihi placere; hoc interim à me se didicisse gaudeat, Iber nihil aliud esse quam propugnationem quandam, qua vt nobis proprium, præcipuum, & singulare quippiam sit, efficere laboramus. Quamobrem regio fertiles agros inaccessis rupibus vndique concludens, nec vllum aditum ad lætos vbertatis suæ fructus percipiendos sponte sua concedens, optima ratione Iberia nuncupabitur. Quemadmodum igitur Albanæ nomen à nullo Rege aut conditore, sed à regionis situ nomen accepisse demonstravi; ita de hac quoque regione, quam longa vastaque Riualis Caucaſi brachia complexu suo comprehendunt, nisi sentiamus, longè aberrabimus ab ea veritate quam nobis vetus Iapeti filiorum sermo, hætenus nobis vsu vernaculo cognitum, velimus nolimus obtrudit.

VERVM quia rursus modò erit de hoc Iberorum in Hispaniam aduentu dicendum, ad tertium regis apud Pseudoberosum commentum transeamus, quo videamus ecquid in illo plus quam prioribus attigerit veritatis. Hunc Iubaldam nominat Iberi filium, aiens montem Iubedam ab hoc Iubalda cognomen accepisse. Video quid sit: cum montem Iubaldam vocari animaduertet, statim in mentè venit Iubalis, quem hic noster mendaciorum architectus paullo antè eundem facit cum Tubale, quasi paruum inter hæc nomina discrimen esset. Nos de Tubale, & Iubale, & Iabale satis multa diximus, quorum omnium commemoratio nihil facit ad Hispaniæ Reges: hoc vno aliquid habet cum Hispania cognationis, quòd Iberi à Tubale Albanorum primum Rege genus duxerint, quorum posteri in Hispaniam commigrarunt. Cur verò mons Iubalda nunc vocetur quem prisci Idubedam vocarunt, non plus nostra refert, quam cur mons inter Athesim & lacum Benacum Baldus hac ætate dicatur. Inter Gotos & reliquas eiusdem linguæ gentes Baldi Theubaldi que fuerunt quam plurimi; & vt illi fuerunt, ita nihil miri, si fuerint & Iubaldi; atque ex his quispiam monti nomen indiderit. Stultum tamen sit hoc montis nomen ad priscam illam ætatè referre, qua mons non Iubalda, sed Iubeda de omnium veterum scriptorum testimonio vocabatur. Plinius flumen eiusdem nominis agnoscit, quod opinor & originem & nomen à monte duxisse. Vox Idubeda ab antiquo sermone nonnihil declinauit; in quo *Eide* *Werde* pascua

Euer.

Ei.

Wer.

Iber quid sit.

Iubaldam terram apud Pseudoberosum Hispaniæ rex.

Iubalda mons olim Idubeda aut Iubeda dicitur.

Iubeda nomen à monte dicitur.

pascua vel solitaria vel ericetis plena designat. Digamma duplex nostratum proprium nonnumquam in Beta transire, vereor ne nimis crebro monuisse dicar. Digni vero sunt qui in Idubeda à pecudibus doceantur, qui ex Iubalda nobis Theologum comminiscuntur vnà diuum Hieronymum ad mendacij societatem trahentes, à quo scriptum aiunt, Iobel magum Dei denotare. Quod si Iob à *יוב* deducas, vlulantem significabit, quod verbum, vti quàm plurima alia, in confusione linguarum versum est è nostro *יוב*, quod est alta voce exclamo, vbi duplex digamma rursus in Bet transfuit. Quid, rogo, hic aut Magiæ aut Theologiæ in Iob reperitur? Quid autem *על* per se denotet nemo nescit. Sed sit Iubalda Theologus, quando Baldus est Iurisperitus, sinantque tandem montes, à pascuorum & ericetis & solitudine quondam vocati, se in Rabbiorum collegium cooptari; vt inter hos, perinde atq. olim Timolus Musico certamini, præfideant. Addit Berosi larua huius ætate Nochum mortuū esse, qui Ianus quoque fuerit vocatus; quo nihil falsius esse in Croniis ostendi, vbi demonstro Iapertum eum ipsum esse, quem Latini Ianum indigitauerunt. Sequitur nunc quartus; si Iunoni Reginæ placet, Hispanorum Rex; qui nec Iubaldæ, nec Iberi, nec Tubalis filius fuit, sed Mesæ filij Aramæi, quem Semus genuit filius Nochi. O infelices Iaperti posteros, qui tam citò de regia sede & illustri regionum à Nocho sibi assignatarum imperio depulsi sunt atque deiecti! Lubenter hic audiuissem qua via & ratione tam clara maximi regni possessio, contra sanctam tripartitæ terrarum à Nocho factæ diuisionis legem, translata sit ad Semi pronepotem. Adeone subito Tubalis posteritas omnis extincta est? adeone effeta fuit tota Iaperti soboles, vt nullus omnino inueniretur, qui Iubaldæ succederet; nisi Mesæ filius procul ex Asia in Hispaniam vocatus fuisset? Apage id genus monstra. Quid igitur dicemus accidisse? Nescio sanè, nisi Pseudoberosus reuiuiscat, & mendacia sua interpolet affuto nouo aliquo ingentis belli figmento, quo Iaperti posteritas aut ex Hispania depulsa, aut in seruitutem redacta dicatur, ne nulla tam magnæ & inexpectatæ mutationis causa reperiatur. Sed qui vòlet, is sese id genus lacunarum & nimium hiantium narrationum, per totum cælo terræq. disparatarum Chironem præstet; mihi non libet Taraphæ, id est medici, partes subire. Videamus tamen quæ fuerit tam impudentis commenti occasio. Inuenerat nimirum aut Annius aut alius Chaldaicæ laruæ fabricator & pictor, plurimorum in Hispania opidorum nomina hac vocula Briga terminari; inde mox audaci & effronti temeritati satis magna ansa in manum data, ad maximam mendaciorum sarcinam asino suo imponendam. Fingit non hæc modò opida in Hispania, quorū nomina in Briga desinūt, sed ipsos etiā Brygas & Phrygas à Brygo Mesæ filio accepisse nomenclaturā. Minoris sanè operæ est mentiri quàm mendacia refellere; & nisi in refellendo id lucri caperetur, vt non tantum quæ falsa sunt reicerentur, sed ea etiam quæ vera sunt lucem acciperent & explicatum, numquam ad has nugas confutandas vel minimam atramenti mei iacturam facere voluissem. Complura opida sunt quorum nomina hac voce Briga finiuntur; quæ cum apud Ptolemæum & alios exstent, non video cur debeam recensere: frequentia certè huius nominis in Hispaniæ vrbibus obseruata perspicuum nobis suppeditat argumētum, primos eius incolas eundem cum Thracibus habuisse sermonem. Strabo enim testis est, Bria opidum ipsis denotare: qua de re quod in Gotodanicis scripsi, hic rursus commemorare cogor. Qui nescit V consonantem & Beta tam cognatæ potestatis litteras esse, vt altera alterius loco ponatur, cum eo prolixius mihi foret negotium quàm huic nostræ expediat festinationi: Quamobrem & hoc sumto, & illo itidem quod in Gotodanicis demonstrauit, Thracum & nostrum sermonem eundem esse, clarum fuerit, Bria nihil aliud esse quàm *Βριετ* siue *Βριετ* / pro quo alij, *Βριετ* efferunt. Ex *Βριετ* ergo Bria apud Thracas, ex *Βριετ* Briga apud Hispanos remansit. Significatur autem vtrius harum vocum apud nostros hætenus opidum mœnibus illud quidem necdum inclusum, sed tale tamen, vt & muniendi se habeat libertatem, & ceteris omnibus commodis fruatur quibus ciuitates, vt nimirum & nundinas habeat, & Senatium cum integra iurisdictione tam in capitis quàm bonorum causis; habeat etiam sua collegia & sodalitates & artificum corpora. *Βρι* nobis liberum, *Βριετ* & *Βριετ* libertatem significat; quæ voces & ciuitatibus Mauro clausis & non clausis conueniunt: verum quia opida mœnibus cincta peculiare nomen ha-

Briga quatuor apud Pseu- doberosum Hispanorum res.

Brigam qua occasione regem Hispania commentus fuerit Pseu- doberosus.

Bria & Briga vocum symon.

Βριετ.

bent, generis vocabulum illis tribuitur quibus proprium vocabulum deest, quod à Græcis etiam fieri solere Aristoteles in Topicis annotauit. Non abs re fuerit hoc loco annotare ea opidorum nomina quæ à Ptolemæo & ceteris in Briga finiuntur, apud Plinium in Brica terminari; qua de re videas quàm procliuius semper fuerit ipsius gamma in cappa permutatio; atque ea quidem tam placuit, vt etiam illic vbi recepta ab antiquis pronuntiatio repugnabat, in scribendo admitteretur; cuius exemplum est in Caio & Cneio vocibus ex nostra lingua ad Romanorum prænomina translatis, quarum prior à nobis modò est explicata, posterior, quæ à nostro Gnai deriuatur, apud Germanos nostros sæpius est in loquendi vsu quam ab illis quibus tribuitur clementia, frequentata. In his perspicuum est, pronuntiationem cum sermone nostro, quem Cimmericij in Italia olim sunt locuti, cuique omnia Romanorum prænomina debentur, vt suis locis à me declaratur, conuenire; & picturam discordare: quæ res cum quibusuis vel de media plebe apud nostros probari queat; nemo posthac miretur cappa frequenter in locum gamma irrepsisse; quod licet non magni momenti fortasse videatur, crebro tamen non parum adfert obscuritatis in vocabulorum originibus annotandis; Hermathena nostra tradit Cælum componi ex tribus voculis, *Γαι* & *ΕΙ* & *Ομ*; quibus circumuolutio orbis excellentissimè placentis & vitam dantis denotatur: vbi cappa ipsi gamma locum suum præripuisse quilibet animaduertit. Nec aliter de Calaicis Hispaniæ populis iudicandum, in quorum nomine cappa locum ipsius gamma occupauit, quod non difficulter ipsi persuadebo qui hodie illòs Gallegos appellant. Allemani in illis vocabulis deriuatis in quibus nos g aspiratum ponimus, adeo sunt ipsius cappa amantes, vt post gamma cappa ponant frequenter, *Γελλίγητ* pro *Γελλίγητ* & similia pro similibus dicentes. Cum igitur apud Plinium legimus Iuliobrica, Turobrica, Mirobrica; Iuliobriga, Turobriga, Mirobriga intelligatur necesse est. Melius Ptolemæus, ab accurata sua in vetustis vocabulis conseruandis diligentia numquam satis honestis titulis prædicandis, Nertobrigam, Lancobrigam, Arabrigam, Talabrigam, Nemetobrigam, Volobrigam, Coeliobrigam, & si qua alia sunt eius nominis opida, per veterem & germanam scripturam expressit; è quibus, vt & ex aliis quàm plurimis præcis locorum nomenclaturis, perspicuum est; eos qui primi Hispaniam coluerunt, vios fuisse sermone nostrati; quod pro eo atque progressus orationis exiget, paulatim docebo. Quod verò Pseudoberosi discipuli, Brigam & Burgum eiusdem prorsus esse significationis dicunt, id nemo linguæ nostræ peritus ipsis assentietur; qui in Briga so- lam libertatem, in *Βυργ* arcem certum custodiæ genus intelligunt; à quorum posteriore Græci habent suum *βύργος*. Goti qui Italiam occuparunt, vocem Brigata relique- runt, qua multitudo tanta significatur, vt ipsa suam per se libertatem videatur posse propugnare; vnde liquet primis Hispaniæ colonis & Gotis; qui multis post sæculis in eam commigrarunt, communem huius vocis vsu fuisse, non pro regis aut cuiuspiam omnino viri propria nomenclatura; sed pro hominum multitudine ad libertatem suam tuendam congregata, qua in notatione hætenus Turnhoutum, Hoogstratum, Hiluarenbecam, Oosterwicum, & infinita alia opida nec vallo nec aggere nec fossis munita, *Βυργίτην* / siue Italo ritu mauius Brigatas, nominamus: Ne plura de Briga dicamus, importuna quinti Regis facit festinatio, qui quoniam de flumine & natales & nomen duxit, nullum vniquam interponit momentum, quin ab oriente ad occidentem cursu minime lento feratur. Aliàs à zelotypia; aliàs à monte, aliàs ab opido Pseudoberosus Reges suos eduxit; nunc è flumine Tago Tagum extrahet: mox regni insignibus inaugurandum. Hunc alio nomine Orina vocatum dicit, & conuincit vocibus Tagorma, siue, vt Mosem scripsisse dicit, Togorma. Hic prius de Togorma quàm de Tagi nomine fiat inquisitio: Hebræi *תוגרמא*, qua de voce Iosephus Thygramma fecit, alij Thogorma, qui puncta Bibliis subscripserunt, Thogarma; Iosephus Thygrammanos Phryges facit, quod vnde acceperit non indicauit. Quod si vox vetustæ linguæ Cimmericiorum, inter quos hic enumeratur; accommodetur, *Θηου-γερ-μαν*, vel virum denotabit antiquitatis appetentem, vel antiquum coaceruatorem. Verum posteri, pecuniarum quàm antiquitatis congerendæ studiosiores, primam syllabam, ceu superuacaneam & parum ad desideria sua facientem, repudiarunt; Germani malentes quàm Thougermani nominari. Cum enim videam Germani nomen, perinde atque Sac-

C & G litterarum assignatas & permutatas.

Brica pro Briga apud Ptolemæum.

Brigata quid significet.

Tagia siue Orma quid sit apud Pseu- doberosum Hispania res. Togorma. Thogarma. Thygramma.

Germanos à Thogarma nomen accepisse posse videri.

rum & Daarum, in recensendo Persico exercitu commemorari, non possum non suspicari verustissimam ipsis occasionem fuisse cur se sic vocarent. Nam quamvis vox, gentis studium notet, nihil tamen vetat, immo probabile est, honestam aliquam causam principio fuisse, ob quam sic gauderent vocari. Ascanij generatim Teutones omnes vocantur qui nomen patris sui præferunt, quibus si fratris Tougermani filij sese miscuerunt, illud accidit quod passim inter cognatos fieri videmus. Quemadmodum igitur Iberi & Moschoui Tubalis & Moschou posteri promiscue multis locis habitaverunt, ita de Ascanij & Tougermani quoque filijs arbitrari licebit. Scio aliis aliud videri, quorum cõiecturæ nolim repugnare; verum quo meæ magis fauceam opinioni, Iosephi facit auctoritas, qua fretus in ipsa Phrygia Thougermanos quæro, non longius ab Ascaniis recedens quàm cognatio postulare videatur. Sint tamen, si lubet, Turcæ, sint alij, modò ne Togorma & Tagus idem esse dicatur. Quod si quis scripsisset Tougermanum quempiam in Hispania regnasse, non haberem fortasse cur repugnarem, cum Orerani, gens in meditullio regni vetustissima, Germanos esse iactent. At de his post iterum dicam. Nunc ad Tagum propero. Huic anni inde nomen datum videtur, quod gratissimus sit non aquam modò, sed aurum etiam sitientibus. At illud esse quod vota nostra maximè tendunt alibi docui, litterarum naturâ significandi vim tribuente; unde fit vt *ἀνος* Græci pro medicina dicant, & Latini humidum & frigidum elementum aquam appellent, quod ea nihil vehementius, dum eius usus est, videatur desiderari: qua de re bene Pindarus dixit *ἀεϊσον μὲν ἰδρω*, quo suo elogio supremam bonitatis laudem aquæ adscripsit. *Ψατ* dum verbum est, significat flagranti desiderio de re quapiam pendere; quo fit vt *Ψατ* nomen ipsum illud bonum vocetur cuius amore ardentissimo omnia tenentur. Ex *Ψατ* fit *Ψαγ* littera tenui in mediam mutata, quo verbo idem significatur quod placeo, quoniam quæ placent, nos ad se trahant. Quamobrem si *Ψατ* & *Ψαγ* coniungas, & articulum *Ψετ* præponas, fiet *Ψετ Ψατ Ψαγ* id est ipsa aquæ gratia: è quibus tribus voculis more nostro in vnam contractis, *Ψαγ* existit. Hodie compositio verbo magis vtimur *ΨεΨαγ* pro *Ψαγ* dicentes. Quod si quis tam sit morosus, vt huius meæ syncopes, quam in *Ψαγ* admitto, impatientia torqueatur, is satis habeat si *Ψετ Ψαγ* quod nunc *Ψετ ΨεΨαγ* diceremus, in *Ψαγ* intelligat; qua via, licet aquæ & bonitatis non fiet mentio, eò tamen venietur, vt Tagi aqua in numerum Gratiarum cooptetur; cum *Ψαγ* nihil aliud sit quàm ipsum illud quod placet & gratum est. Hesiodus Charites ex Eurynome Oceani filia & Ioue produxit, sic canens de numerosa Iouis sobole:

Tagus suum videntem habent.

Ψατ.

Ψαγ.

Charites.

Gratia.

Eurynome.

Ψετ.

*Τρεῖς δὲ οἱ Εὐρυνόμῃ Χάριτας τέττα καλλιπαρίας
 Ὀκεάνου κόρη. id est,
 Tres ipsi Eurynome Charites pariter ore decoras
 Nata ex Oceano.*

Nec mirum id eum finxisse, aut, ne à veritate aberrem, à maioribus fictum ad posteros transmisisse, eo quod Gratia grato terræ virori & omni florum fructuumq. amœnitati præfuit; quorum lætus & vber prouentus illi naturæ aqueæ debetur, quæ ex Oceano fonte Paradisi originem trahens latè per omnes terræ meatus calore cælesti ducitur, & eas quas dicimus Charites profert; cuius vis, quia latissimè per omnia pascua & omnia ea quæ vel à ceteris animantibus vel ab homine decerpi possunt sese diffundit, Eurynome vocatur. Huius Eurynomes Tagus etiam filius est, & is filius qui meritò à Gratia nomen accipere possit, propterea quod non aquam modò det ad bibendum saluberrimâ, & aurea ramenta deuchat, sed quod ab Oceano etiâ Eurynomes patre maximos accipiat thesauros, dum iis sese ostiis eius altè latequè infunderis maximas holcades, omni pretiosæ mercis copia onustas; nepoti suo obuiam portat, non aliâ de causâ quàm vt hic sese apud omnes Tagi nomine, quo gratia significatur, dignum reapse demônstret. Quoniam tamen quosdam sic Tagi nomen efferre audio, vt E longum potius quàm Alpha pronuntiare videantur, possetque quisquam inde concipere suspensionem aliunde nomen esse sumtum; conabor & huic satisfacere, ac docere ne hac quidem ratione vocabulum à sermonis nostri originibus alienari. *Ψετ* enim nobis quoduis genus incrementi & in melius promotionis significat; unde si fluuium hunc *Ψετ Ψετ* & contractè *Ψετ Ψετ* dicas, denotabis in ipso primariam esse vim totius regionis

regionis omni promotionis genere augendæ ornandæque. Certè vtrovis modo nomen interpreteris, nihil ab amnis natura aberraris; quando non ceteris tantum rebus, quas dixi, regionem ad maximas diuitias promoueat; sed equas etiam secundo halitus sui semine dicatur implere. Et hæc quidem in præfens de Tagi nomine sufficiant, longè illa quidem à Tougorma discedentia; sed ne ad latum quidem culmum vel à sermonis nostri proprietate, vel à fluminis excellentia remota: quibus id effectum est, vt ne quintus quidem Rex debeat admitti.

SEXTVS regni successor haud secus ac quintus è flumine & nomen & originem, ni fallor, accepit, nihilo plus veri habens quàm vanum Pseudoberosi cerebrum ipsi affinxit: flumini videlicet nobilitate secundo secundo locum dedit, quo Regum series annuum naturam imitaretur. Sed quia nemo non videt pitras pitras has esse nugas quas nobis de fluminum nominibus mutuatur, non diu in hoc Rege confutandò morabor. Nemo est nostratum omnium, ne inter pueros quidem, qui nesciat quid *Ψατ* significet; quoniam ea vox statim simul ac fuerit audita, omnium aures arrigat, & magno lucri desiderio accendat. *Ψατ* quoduis genus utilitatis, quod profectum cum Quintiliano dicere possemus, qua voce Romanisantes linguæ nostrum *Ψατ* verterunt, non apud Hispanos tantum, sed apud Italos etiam & Gallos, à quibus nostri etiam *Ψατ* in usum vocarunt, vocabulum illud quidem peregrinum & à peregrinis mercatoribus acceptum, sed nunc Belgogermanis nimis gratum; tamen vernaculæ interim voculæ minimè obliuiscantur. *Ψατ* igitur à *Ψατ* dicitur est reiecto digamma, quo profectus & lucri faciendi certus denotatur. Est enim hic annis certissimus variæ utilitatis auctor, adiutor & index, vt paulo post docebo. Maneat interim *Ψατ* qualis perpetuò fuit, & nomen suum nulli priscorum Regum memoriæ, sed soli illi, quàm certissimam accolis numquam adferre cessat, utilitati ac lucro referat acceptum.

Exspectabam equidem post *Ψατ* Durium amnem regio folio illatum iri, sed ea me opinio fetellit, propterea quod antiquitatum nostrarum faber diligenter, vt videtur, varium fortunæ lusum in rebus humanis voluerit imitari, & accuratè cauere, ne perpetua figmentorum similitudo nauseam pareret lectori: *Ψατ* enim suo Deabum dat successorem, filium prisci Hiabæ Numidæ, siue Dionysij Libyci, qui patrem habuit Ammonem filium Tritonis, quem Gogus genuerit filius Sabæ nepos Cusi pronepos Chami abnepos Nochi. Egregiè profectò regnorum Dea in Hispaniæ regno varios suos ostendit fauores, dum terras Iapeti posteris sacrosancto paternæ diuisionis iure debitas modò ad Semi, modò ad Chami transfert nepotes. Sed distribuat diuina voluntas arbitrato suo regna: nos quid proposita nobis nugamenta tradant expendamus. Deabi nomen nec vsquam memini legisse, nec vlli vnquam bono clementique Regi datum iri spero. Quid enim magis abominandum quàm puerum diademati & sceptro natum eo nomine vocare quo dolor & mæror denotetur, quasi quæ maximè mortales omnes auersantur, ea summæ expectationis infanti ipso nomine vel optare vel augurari debeamus? Bona verba quæso præclare Berosi histrio. Tunc eum quem à diuitiarum abundantia apud Græcos Chrysaora dictum fateris; Deabum nominabis? Sed video quid sit: decepit te quispiam Thalmudistarum, qui fortassis à te rogatus qui in lingua Aramæa siue Syra Chrysaor, plurimis auri argentiq. gazis abundans, nuncupari queat, responderit eum Deabum dici debere, non quod ita sentiret, verum quod te deluderet, atque aliis deridendum propinaret. Hebræis enim in Thalmudicis libris lex data est, vt vbicumque saluis rebus suis Christianum queant decipere, id faciant: adeò vt si tamquam medici vocentur ad Christianum ægotantem, accedere ipsis quidem liceat; sed ea tamen condicione, vt quauis ratione & via possint, modò id clam haberi queat, aduersam valetudinem augeant, & mortem procurent. *כסף* certè non aureum aut opulentum significat, sed dolorem, & si D. Hieronymi credimus interpretationi, egestatem, vt est in libro Iob: *Et faciem eius precedet egestas*. Quod verò huic imposturæ facilius fides haberetur, cognomen ipsius Deabi, quod Gera fuisse dicitur, rectam accepit expositionem: Est enim reuera, vt dicit, Gera aduena. finxit autem Pseudoberosus hoc Chrysaori cognomen, vt haberet cur filius Geryon vocaretur. Scribunt enim inter alios Diodorus Siculus & Pausanias Geryonem Chrysaonis filium fuisse: Hyginus addit Chrysaora à Neptuno ex Medusa, Geryonem à Chrysaore ex

Batus sextus apud Pseudoberosum Hispania rex.

Ψατ.

Batus primus.

Deabus spiritus Pseudoberosi in Hispania rex.

Chrysaor.

Chrysaori enim Neptunus & Medusa pariter trionis sunt.

Callirhoë procreatum fuisse. quæ omnia ad fabulas Hellenicas pertinent, quibus omnem propè externam historiam vel inquinantur vel profus corruerunt. Quisquis ille fuit cui Chrysaori Græci nomen fecerunt, non dubium est quin fuerit ditissimus cum aliis de rebus, tum maximè de Neptuni favore mercatum & vecturam prosperantis. Quin verò plurimam materiam ex insulis Æthiopiæ oppositis ad nauium fabricandarum commoditates, ac simul Thuiam & id genus arbores, quibus litus Africanum abundat, in Hispaniam attulisset, fabula conficta est, Neptuno è Medusa, vna insularum quæ Gorgones vocantur, Chrysaora natum fuisse. Nos quæ Gorgones & vbi sitæ sint, post exponemus. Ex Medusa itaque & Neptuno non Chrysaor tantum, sed Pegasus etiam nascitur, propterea quòd Pegasus in hac fabella non aliud sit quàm nauis vectorum alis impulsæ, quæ de Medusæ cedris fortasse fuerit facta. Insula certè, quæ nunc Madera à copia materiæ, quæ cum primùm inueniretur abundabat, dicitur, cedrum plurimam producit, aliæque insulæ variam admodum arborum copiam ferunt, quarum plurima genera Antuerpiæ conspexi. qua de re coniecturam facio, ipsi etiam Gorgonibus insulis copiosam nauibus fabricandis materiam fuisse: de quibus vt dixi post, iterum fuerit agendum. Chrysaorem Hesychius Milesius ambiguit interpretatur, modò eum esse dicens qui aureum habeat gladium, modò qui auream habeat citharam. Alij ex parte de toto faciunt coniecturam, eum Chrysaorem vocantes qui totus auro sit armatus. Nos vnde Geryon, quem Chrysaori & filium & successorem dederunt, dicatur, mox suo loco exponere decreuimus, & vnà addere quid causæ sit vt Hercules bellum cum eo gessisse, & boues eius abduxisse dicatur. Et hæc quidem ratione hos duos Reges commentitios, Deabum & Geryonem, οἰμωζεν, aut sic valere, vt Deabus Aramæum Chrysaoris cognomen postulat, iubemus. Pseudoberosica & Pseudomaneonica Regum series post Geryonem Hispalum nobis profert, mox inde Hispanum; quorum alter clarissimam urbem, alter totam regionem à Gadibus ad Pyrenæos vsque saltus nominis sui communicatione dignatus sit honorare. Post hos Herculem iam ætate prouectum regni gubernaculo admouet; cui Hesperum ex Italia oriundum dat successorem. Inde fabulosa iuxta ac monstruosa nomina sequuntur Atlas, Sycorus, Sicanus, Siceleus, Lusius, Siculo, Testa, Romus, Palatuus, Cacus, Erythrus, Gargoris, Habidus. Ab his variæ gentes succedunt, quæ olim mari alia post aliam imperasse scribuntur, quibus Nabuchodonosor interiectus Carthaginiensibus Hispaniam relinquit possidendam; qui postquam ad trecentos ferè & quadraginta octo annos rerum potiti fuissent, à Romanis pelluntur. Hi principid in quietam variisque bellis turbatam, deinde pacatam regionem ad Honorij vsque imperium tenuerunt. Ab eo tempore, ab anno videlicet post Christi natalem quadringentesimo vndecimo Goti Hispaniam rexerunt. In horum itaque primis, quæ illis quæ hæctenus reiecitimus, sunt connexa, ita deinde versabimur, vt quæ fabulosa sunt refellamus; quæ tolerari queunt, veritati applicemus; quæ hæctenus in tenebris ab omnium doctorum hominum oculis longè remota iacuerunt, in lucem proferamus.

Pegasus Neptuni & Medusæ filius cuius iungatur. Madera.

Gorgones insula.

Geryon ostentus Pseudoberosica Hispania rex.

LIBER

Callirhoë procreatum fuisse. quæ omnia ad fabulas Hellenicas pertinent, quibus omnem propè externam historiam vel inquinantur vel profus corruerunt. Quisquis ille fuit cui Chrysaori Græci nomen fecerunt, non dubium est quin fuerit ditissimus cum aliis de rebus, tum maximè de Neptuni favore mercatum & vecturam prosperantis. Quin verò plurimam materiam ex insulis Æthiopiæ oppositis ad nauium fabricandarum commoditates, ac simul Thuiam & id genus arbores, quibus litus Africanum abundat, in Hispaniam attulisset, fabula conficta est, Neptuno è Medusa, vna insularum quæ Gorgones vocantur, Chrysaora natum fuisse. Nos quæ Gorgones & vbi sitæ sint, post exponemus. Ex Medusa itaque & Neptuno non Chrysaor tantum, sed Pegasus etiam nascitur, propterea quòd Pegasus in hac fabella non aliud sit quàm nauis vectorum alis impulsæ, quæ de Medusæ cedris fortasse fuerit facta. Insula certè, quæ nunc Madera à copia materiæ, quæ cum primùm inueniretur abundabat, dicitur, cedrum plurimam producit, aliæque insulæ variam admodum arborum copiam ferunt, quarum plurima genera Antuerpiæ conspexi. qua de re coniecturam facio, ipsi etiam Gorgonibus insulis copiosam nauibus fabricandis materiam fuisse: de quibus vt dixi post, iterum fuerit agendum. Chrysaorem Hesychius Milesius ambiguit interpretatur, modò eum esse dicens qui aureum habeat gladium, modò qui auream habeat citharam. Alij ex parte de toto faciunt coniecturam, eum Chrysaorem vocantes qui totus auro sit armatus. Nos vnde Geryon, quem Chrysaori & filium & successorem dederunt, dicatur, mox suo loco exponere decreuimus, & vnà addere quid causæ sit vt Hercules bellum cum eo gessisse, & boues eius abduxisse dicatur. Et hæc quidem ratione hos duos Reges commentitios, Deabum & Geryonem, οἰμωζεν, aut sic valere, vt Deabus Aramæum Chrysaoris cognomen postulat, iubemus. Pseudoberosica & Pseudomaneonica Regum series post Geryonem Hispalum nobis profert, mox inde Hispanum; quorum alter clarissimam urbem, alter totam regionem à Gadibus ad Pyrenæos vsque saltus nominis sui communicatione dignatus sit honorare. Post hos Herculem iam ætate prouectum regni gubernaculo admouet; cui Hesperum ex Italia oriundum dat successorem. Inde fabulosa iuxta ac monstruosa nomina sequuntur Atlas, Sycorus, Sicanus, Siceleus, Lusius, Siculo, Testa, Romus, Palatuus, Cacus, Erythrus, Gargoris, Habidus. Ab his variæ gentes succedunt, quæ olim mari alia post aliam imperasse scribuntur, quibus Nabuchodonosor interiectus Carthaginiensibus Hispaniam relinquit possidendam; qui postquam ad trecentos ferè & quadraginta octo annos rerum potiti fuissent, à Romanis pelluntur. Hi principid in quietam variisque bellis turbatam, deinde pacatam regionem ad Honorij vsque imperium tenuerunt. Ab eo tempore, ab anno videlicet post Christi natalem quadringentesimo vndecimo Goti Hispaniam rexerunt. In horum itaque primis, quæ illis quæ hæctenus reiecitimus, sunt connexa, ita deinde versabimur, vt quæ fabulosa sunt refellamus; quæ tolerari queunt, veritati applicemus; quæ hæctenus in tenebris ab omnium doctorum hominum oculis longè remota iacuerunt, in lucem proferamus.

LIBER III.



VONTIAM itaque ad Hispalum & Hispanum, ficticium mendacis Berosi ordinem secuti, peruenimus; age tentemus ecquid sanæ significationis in his nominibus reperire possimus: & prius quidem de Hesperia nomenclatura, totam regionem norationis suæ latitudine complexa, mox de prioribus inquisitio procedat. Hic illud mihi sequendum iudico, quod, quamuis Peripateticæ scholæ numquam monuissent, neminem tamen, qui modò iudicij quadam mediocritate polleret, latere potuisset, vt nimirum à claris ad obscura, à probabilibus ad minus probabilia, à confessis ad dubia ducantur argumenta. In obscuris enim & implicitis, & nemini hæctenus exploratis antiquitatum labyrinthis vel nullum est certum rectæ viæ reperiendæ indicium, vel hoc ipsum est filum Ariadnæum quod iam nunc lectori in manu tradam. Nihil clarius est apud omnes quàm prima ventorum discrimina sic annotari, vt circulus horizon in quatuor æquas partes diametro seu duobus in centro ad rectos angulos secantibus diuidatur, & alterius quidem diametri hinc oriens, hinc occidens, alterius verò hinc meridies, hinc media nox claudat extremum: quibus positis orienti Eurus siue Subsolanus, occidenti Fauonius siue Zephyrus, meridiei Auuster siue Notus, oppositæ parti Septentrionalis ventus appingatur. Qui nauticam anemographiam delineant in pendula pyxidis tabula, magnetis vi perpetuò ad omnes mundi plagas directa, triginta duos ventos distinguunt, singulis quadrantibus octo ventos applicantes; quorum nomina omnia Cimbrica sunt, siue linguæ Teutonice, nobis inter Scaldim & Mosam vernaculæ, propria: qua de re liquet cuius fuerit primus pyxidis, ad cuius normam clauus tenetur, inuentor. Quotquot enim sunt qui triginta duo ventorum discrimina distinguunt, nostratibus vocibus vtuntur, siue Hispani sint, siue Galli, siue alterius nationis naucleri. Verùm quia nostras Fauonij nomen West duplici scribitur digamma, quo alterius linguæ homines carent, turpiter nomina quædam corrupta sunt, & ab aliis fortasse aliter: Lusitani, si Petro Nonio Salauenfi doctissimo mathematico credimus, loco ipsius West siue, quod idem est, Weste, O este scribunt; quæ vox, si O & E in diphthongum coeant, non Fauonium nobis, sed Eurum oppositum ex diametro ventum norabit. Loco verò nominis nostri West siue West scribunt Este, cui Nonius extra compositionem L præponit; quam litteram in compositione omittit, ignarus si à quopiam addatur, articulum esse, & idcirco non venire in compositionem. Tolerabilior profectò esset corruptela, si pro Weste Este dixissent, littera cuius vsùm nullum habent omissa, propterea quòd hac via Latinorum, Græcorum & Hebræorum etiam non pauca exempla sequi viderentur, qui non rarò, dum voces nostras sermoni suo inferunt, hoc elementum reiecerunt nullo alio substituto. Sic Græci è nostro West fecerunt *εἰσας*, ex West *ἴπ*: Latini è West *Ite* rum, ex West *Esse*, ex *Wage* Ago; & vtrique è *Truvis* Druis, è *Magwis* Magus & Magos fecerunt: Hebræi è *Wie* *is*, ex *Wee* *is*, ex *Wesch* *is*, è *West* *is*, reiecto Tau; & plura id genus. Possem tamen Oest excusare, nisi Venti è regione spirantis nomen nimis propè referret. Nam & Græci è *Wijn* *oivos* fecerunt, quo loco o paruum pro nostro duplici digamma positum videmus. Omissione itaque ipsius duplicis digamma, Isteuones apud Latinos pars illa Germanorum vocatur, qui limitem regionis ad Fauonium spectantem habitant, quos integra voce nos Weste *wonen* vocaremus, eo quòd *West won* ad verbu significet eum qui habitat ad occasum, sicut *Wingewon* eum qui secundum mare habitat, quæ Latini Ingeuonè corruptè dicunt; & *Werm mit won* eum qui in ipso omnino meditullio habitat regionis. Mirum est quantum turbarum in linguarum confusione hoc nostras digamma excitarit. Nam non tantum omittitur, sed aliàs etiam in B, vt ante dixi, aliàs in G, vt in Gigantomachia docui, aliàs in Qu, vt in *ip* pro *Wiu*; aliàs in aliam transit litteram, cuius mutationis omnem persequi varietatem nec huius est loci, & odiosam adferret prolixitatem. Verùm nulla corruptela huius litteræ tolerabilior est, quàm dum è duplici digamma fit simplex, quo quidem modo è West fit Westi; atque ita ex West *is* *is* Vesper, reiecto Tau & adspirata in tenuem mutata, quo significatur actus, siue traiectio, siue motus ad occasum: quæ res quid aliud est quàm

Venti principales quatuor.

Ventorum species triginta duo. Ventorum nomina omnia Cimbrica sunt apud cuiusvis nationis naucleros.

W sepe à Latinis, Græcis & Hebræis reicitur, nulla alia littera substituitur.

Ingeuones. Hermiones.

W in quas litteras mutatur.

Vesper unde nomen habent.

Hesperus.

Hesperides
Atlantis filia
& Busiride
capta, ab
Hercule libe-
rata fuit.

Digamma
Æolicum cũ
Hispanis cũ
Latinis fre-
quenter in ad-
spirationem
transit.

Heser.
Heser.
Heser.

Solis occasus? Porro quia digamma simplex frequenter in adspirationem transit, ut Grammatici in Venetis & Henetis, in Vena & Helena, in aliis annotarunt: Græci pro Vesper Hesperos dicunt, qua voce Latini quoque non raro videntur, & inter alios Poëta in hoc versu, *Ite domum satvra, venit Hesperus, ite capella.* Quoniam verò, dum de more Græmetrarum parasceuen struimus ad eius quod docere volumus demonstrationem concludendam, in hoc nomen Hesperus incidimus, & iuxta inter Iberiæ Reges Hesperus atque Hispanus & Hispalus enumeretur, necessarium existimo paulò hic latius de Hespero dicere, quæ cæteroque possit explicare oporteret. Diodorus Siculus è vetustis fabulis docet Hesperum & Atlantem fratres in Hesperia fuisse, & Hespero filiam fuisse de nomine patris Hesperidem vocatam, à qua tota deinde regio Hesperia fuerit nominata. Hanc filiam Atlanti ita placuisse, ut eam duxerit uxorem, & septem ex ea filias genuerit, quæ de nomine patris Atlantides, de nomine matris Hesperides fuerint nominatæ. Earum pulchritudine iam per orbem hominum sermone plurimum celebrata, Busiris piratas misit ad eas rapiendas: quod cum Hercules monstrorum Tyrannorumque domitor rescivisset, Busiridem supplicio pro meritis affecit, virgines è piratarum manibus, quos in littore deprehensos occidit, liberatas patri maximo restituit, qui ut gratum animum demonstraret, ultra alia munera & liberalem hospitalitatem, hoc etiam adiunxit, ut Herculem Astronomiam doceret, quæ cum tota sphericis demonstrationibus constet, fabulæ originem dedit qua Hercules spheram cælestem humeris suis sustinuisse narratur. Hæc Diodorus in sua Bibliotheca. Quem verò Atlantem, quem Hesperum cognomento dictum suspicemur fuisse, suo loco aperietur; hic illud agimus, ut Hesperii nominis & significationem & originem ab ignorantia carcere liberemus, hac via quid Hispani nomen designat ostendamus. Dixi modò è Vesper Hesperus eo modo fieri quo è Venetis Græci fecerunt Henetos, simplice nimirum digamma in adspirationem transiente, quod cum aliis tum Hispanis minimè debet mirum videri, propterea quòd ipsi nihil sit vitiatius quàm è digamma Aeolico facere adspirationem. Nam pro suo dicunt hys, pro fembra hembra, pro filo hilo, pro feces heces, pro fato hado, & alia similibus infinita: qua tamen in re non carent Latinorum veterum exemplis. Hi etenim è fordeo fecerunt hordeum. Quòd autem fordeum prius dictum fuerit, non de Grammaticis tantum testibus clarum est, sed de ipsa etiam etymologia: fordeum enim per metathesim à foder factum est, quo significatur pabulum cum ceterorum animantium, tum maxime equorum, ceu foderum diceretur Latinitate Macaronica. Eodem modo prius Veso quàm Veho dixerunt Latini, ut rursus ex prima vocis origine docetur; Hef enim in primo sermone dicitur, à quo Hefo fieret, verum adspiratione hic transit in digamma simplex Latinum, & digamma Aeolicum in adspirationem: qua via ex hefo fit veho. Nec aliter è fircus voce antiqua Latini fecerunt hircus. Dicitur enim fircus, quasi nostri vernaculi firit dicerent, id est igneo calore ardens: cui si Latina accedat vocum clausula, fircus habebis, & syncopòs fircus, unde posteriores in hircos transferunt. Multa id genus commemorare possem, quorum apertissima in sermone nostro ratio cernitur, cum Latini nihil habeant quod de significationis eiusmodi vocum causis probabiliter dici queat. Perspicuum nunc esse credo è Vespero existuisse Hesperum; at illud necdum liquet, cur Hesperus nostras, à quo Vesper ducitur eo quem exposui corrumperendi voces modo, traiectionem ad occasum designet. Nec apud Græcos nec apud Latinos vocis existare rationem inde quivis facile coniectet, quod à proprio viri nomine eam ad reliqua denotanda, pro quibus est in usu, deductam esse scribant: quamquam haud ignoro Etymologici scriptorem sese fatigasse quòd verisimile redderet, *ἡσπερος ὡς τὸ ἴσον πρῶτον ἢ ὡς τὸ φέρων τὸ τῆς ἑσπέρης*, quorum nescio vtrum sit frigidius & ineptius. Nobis nominis causa non evidentissima tantum est, sed vna etiam nobis demonstrat fontem omnis prudentiæ: De Hespero quòd nos fer & Heser dicimus, quin traiectionem & actum quemuis significet nemini nostratum dubium est. Verbum unde deriuatur Heser enuntiat, quo quavis agendi modum uendi ratio denotatur. Sic dicimus Heser-tar-ti id est quo modo is, vel moueris, aut Latinus, qui res tuæ succedunt. Siue naui feror, siue curru, siue me ipse porto, semper dicam te Heser id est ego moueor vel agor. Nec aliter dicimus, *Laet desdingen uaren*, id est, sine

est, sine has res valere; & similiter, *Heser tar-ti* id est, Res èat quocumque tandem modo ire velit. Altera pars compositionis quæ prior est, quam Hest offerimus dum Occasum denotamus, quatuor habet notationis causas mihi perspectas: Prima à præterito tempore verbi substantiui accipitur, quod est Hest; à quo si augmentum Hæ auferatur, restat Hest; à quo mox fit Hest correpta ob id vocali, ut parua dici mora, quæ reliqua est Sole ad occasum tendente, denotetur. Cum igitur Hest audimus, cogitemus nobis nomenclatorem alta voce inclamare, Dies fuit, ad eum significationis modum quo Poëta dixit, *fuit Ilium, & ingens Gloria Dardanidum.* Et iterum: *fui-mus Troës.* Et ut est in proverbio, *Fuerunt quondam fortes Mileÿ.* Huic itaque sic inclamanti ille quidem, qui diligenter rebus suis agendis diem impendit, respondere poterit: Bene habet, res meæ peractæ sunt, iam quiescam. At si quis ignauus fuit, tacitus secum cogitabit: Quid feci: cur hunc diem perdiidi? Curandum ne crastinus dies sic abeat. Quis non videt quantum in hac admonitione, Dies fuit, siue fuit simpliciter, sit momenti ad prudentiam informandam? Plumbeus sit oportet, si quis hoc audiens non commouetur vel ad diligentiam suam quotidie iterandam, vel ad ignauiam corrigendam compensandamque. Altera causa significationis est in Hest / quòd significat monstrabat. Vesper enim demonstrat quo quilibet sese modo in officio suo diurno gesserit: Demonstrat item unicuique quanto is beatior sit qui labore suo diurno victui suo & quieti necessaria quæsiuit, quàm ille qui, cum totum diem nihil agendo transegit, vespere nihil habeat sua industria partum, quod vel iucundam det cœnam, vel cubandi commoditatem. Nemo mortalium scire potest quanta sit honesto viro vitæ suauitas, qui nunquam expertus est quanta sit voluptas diurno labore exercitatum vespere ad focum suum laffa membra fouere, ac deinde cibo & potu suo labore acquisitis perfrui, quos condit ingens validi ventriculi appetitus, qui longè suauius est condimentum, quàm vllum Garum sociorum, quàm vlla halecula, quàm vlla colymbades, quàm vlla promulsis. Hoc sibi condimentum Sparta iuuentus referebat ab Eurora, hoc fecit ut ille imperator turbidam aquam bibens se nunquam suauis bibisse fateretur. Sed quid ego hic plura dicam, vbi nihil vniquam vel à summo oratore dici queat quod hanc, de qua agimus, æquare possit voluptatem? Idem verò in cæteris cogitandum, qui vel civilibus rebus occupati, vel aliis studiis dediti, diem eum fructu non penitendo transegerunt, quibus dulcissimum est animi pabulum rerum tota die bene gestarum conscientia, ut contra nihil tristius eorum cogitatione, qui ignauiam suam cum aliorum industria comparant. Vesper igitur rectissime nomen habet à demonstratione suo cuique bono vel malo, quo nihil est ad prudentiam aut inchoandam aut promouendam efficacius & præsentius. Quid quòd Hest / unde Hest in præteriti imperfecti tertia persona, non solum demonstrat generatim significat, sed etiam pro iudicio usurpatur: quo fit, ut & hoc modo Vesper Hest merito dicatur, eo quòd solus Vesper de toto die iudicium ferre possit. Hinc illud apud Latinos, *Nescis quid serus vespere vehat.* qua de re quanto amplius cogitabis, tanto clarius cernes hanc quoque nominis causam latissime patere. Sicut enim exitus de rebus iudicat, ita & Vesper quantum id illi displicent quæ dixit, careat successibus opto *Quisquis ab eventu facta probanda putat.* In opere certè diurno quantum quisque præstitit, vespertinum iudicium neminem fallit. Adde Vesperum diei crastini dare significationem, & ex eo de futura tempestate iudicium colligi, ut ab ipso Christo monitum habemus. Virgilius item Vesperum magis notandum esse tradit quàm Solem orientem, & ab illo quàm ab hoc iudicia duci certiora. Restant duæ adhuc causæ, non illæ quidem tantæ quantæ prioribus putandæ, attamen non contemnendæ iis qui rerum naturalium causis considerandis sese oblectant. Pluuiæ vespertinæ in sacris litteris eam aliquoties legimus mentionem, ut ea nihil optabilius agricolis esse clarè significetur: nec est omnino quisquam aut hortulanus aut alterius generis rusticus tam rerum omnium imperitus, ut nesciat quàm grata sit plantis pluuiæ vespertina. Hest igitur sic intelligere possumus ut postremam diei partem rogemus, ut quæ plantauimus lauet. Dicimus enim Hest & Hest pro lau. Iam Hest etiam idem est quòd cresce; quo fit, ut dum Hest pro vltima diei parte dicimus, vtrumque dicere videamur, Laua & Cresce; illud quidem calo, hoc verò semini à nobis terræ interdum commissio. Audiuerant poëtæ à maioribus famam

Hest nomi-
ne ratio quæ
duplex.

Hest.

III.

IIII.

IIII.

IIII.

IIII.

quandam huius locutionis, quam nomen nostras oprandam esse monet, sed quod ea tenuis esset ac fugax, quorsum spectaret coniectare nequiverunt, & idcirco putabant Solem & astra, dum se condunt, in Oceanum descendere quo selauent; ceu quilibet de longo itinere fessus & multo puluere squalidus ad balneum se vespere conferret. Hoc verò ut iis qui fabulas ex professo scribunt condonari potest, ita nescio quid de illis sentire debeamus, qui memoriae mandarunt, Solis in Oceanum descensum tantum strepitum edere, ut in Hispaniæ promontoriis audiatur, haud aliter ac si candens ferrum in aquam demergatur. Atqui hoc dignum commemoratu putauit Posidonius, aiens id vulgò apud omnes Oceani accolos dici. Quamuis autem & poëtae & ceteri nimis impudentes, sese in hoc mendacio præstiterint, magnamque Astrologiæ imperitiam demonstrarint, nobis tamen iucundum est intelligere quæ fuerit prima huius erroris occasio. Nunc itaque clarissimè cernimus *West* suæ significationis apud nostros habere causas non leues aut obscuras, sed perquam graues & luce meridiana euidentiores: qua de re liquet *Vesper* & *Hesperus*, & quæcumque vocabula ab illis deducuntur, ad fontes sermonis nostri pertinere, & frustra in aliis linguis de ipsis disputari, nec omnino dici posse hæc de regis cuiuspiam nomine ad rerum earum quas primò significant notationem transiisse. *Hesperus* ergo & *Vesper* primò ad Solis occasum pertinent, inde ad cætera transferuntur. Hinc *Hesperia* nomen regiones duæ sortitæ sunt apud Græcos, Italia & Hispania; quarum hæc vltima *Hesperia* ab Horatio vocatur, sic canente: *Qui nunc Hesperia sopes ab vltima*; quamuis vltimam partem potuerit indicasse. Rectius enim quis dixerit, Hispaniam ab Italis, Italiam ab Græcis *Hesperiam* ratione situs vocari. Sic Virgilius de Italia loquens: *Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt*. Quoniam verò vocabulum *Hesperia* à Iapeti sermone deriuatur, & ea quæ de Atlante narrantur, ad *Hesperiam* referantur, dicemus Atlantem in Hispania prius quam in Africa habitasse, qua de re mox latius. Venus autem *Hesperus* & *Vesperugo* nominatur eo tempore, cum ad Solis occasum formosum suum lumen ostendit, licet matutinis horis Phœbo præcurrens *Lucifer* vocetur. Postquam modò quid *West* sit, quamq. variam habeat & copiosam significationis suæ rationem, ostendi, non fuerit abs re obiter indicare quæ pars cæli opposita nominetur, tum ob alia, tum quòd contra se positorum consideratio obscuris lucem soleat adferre. *Au* nobis antiquum designat, & *Aust* antiquissimus: vnde Germanus, ut antè dixi, *Aust* cum articulo nuncupatur, eo quòd lingua eius antiquissima sit. Hinc quia matutinum tempus antiquissimum est omnium totius diei momentorum, *Aust* Orientem designat; & ut modò dixi, pro *Aust* crebrò *West* pronuntiat, citra notationis discrimen. Ab hac voce *Austrum* regnum vocatur orientale, quod vocabulum alibi in *Austriam*, alibi in *Austrasiam* transiuit, cum *Austricia* potius dicendum esset, si originis ratio habenda sit. Matutinum sanè tempus ut reuera est antiquissima diei hora, ita nobis antiquissimū quoque esse debet, eo quòd ad omnia bene rectèque peragenda maximè sit idoneum; quod si per omnia negotiorum genera quisquam velit examinare, nã is non totum modò matutinum tempus, sed totam etiam diem nimis breuem huic discursui esse deprehendet. Latini *Aurora* nomen ab eadem origine duxerunt, eo quòd *Au-root* nihil aliud sit quam antiqua motrix: ob id sic dicta, quòd omnia animantia commoueat, & ad suum quodque opus excitet. Nec alia de causa Græcorum vetustissimi *Αὐρος* dixerunt pro *Aurora*, ceu *Au-hoot* in primo sermone dictum fuisset, quo antiquum caput denotatur. Est enim aurora rerum omnium agendarum caput, & illud quidem tanta veneratione dignum, quanti nobis esse debet primus lucis exortus. Lux profectò primum caput est totius vniuersitatis, quod ante omnia cetera Deus dicitur creasse: & sicut illa lux fuit mane omnium sæculorum & vera Christi imago, ita prima cuiusvis diei lux antiquum caput est diurnæ durationis. Vsa est hac voce Sappho in hoc versu, *Εἰς ἄνθερον ἄνθερον ὄρα φαινομένη ἐσπέρησιν αὐρός*. Posteriores ex *αὐρός*, *ἠώς* & *ἑως* fecerunt. Videmus itaque *Auroram* & *Au-hoot* ex eadem radice pullulasse, & vtraque voce denotari primam diei partem honore summo dignam esse, nec quicquam nobis antiquius habendum. Monui antè Ab & Abba ex eodem *Au* fluxisse; quod cum ita sit; existimare debemus *Auroram* nobis patrii loco habendam esse, & toties nos gigni quoties noua lux nobis exoritur, ideoque summo manè

Hesperia nomen Italia & Hispania tributum.

Veneris stella quædo Hesperus & quædo Lucifer dicitur.

West nominis ratio.

Aurora originis ratio.

manè nihil nobis prius agendū esse, quam vt parti vniuersorū gratias agamus de nouo nostro natali, qui nos à somno & tenebris quotidiana quadam morte in lucē reuocauit. Quoniã verò *Aurora* omnia animantia operis sui monet, *Mâne* à Latinis dicitur; quam vocē à nostro *Mane* quod est moneo, retinuerunt: & quia cuiq. suas distribuit partes & officia, nec quicquã relinquit cui non dimensum opus assignet, *Matura* vocatur. *Met* enim vocali lōga pronuntiat, vnde *Mat* in præterito imperfecto, à quo nomina formantur, idem est quod mensuro; & ab hoc verbo *Metior* Latini, & Græci *μετρέω*, & Hebræi *מטר* retinuerunt. Docui in Amazonicis *Mat* & *Tamichna* esse vocabula, quorū character euidentissimè demonstrat ea ad origines nostras referenda esse. Iam *Met* idē est quod *Ex* vel *Ex* Latini dicunt, vnde *Mat* ut dicitur quæ suum cuique opus & munus emetitur. Hebræi *מטר* pro *Mâne* dicunt, quod item è primo sermone habuerunt; qua in voce *Bet* pro duplici digamma nostro ponitur: *Waker* enim is est qui vigilat & è somno excitat. quod quis nō videt auroræ maximè cōuenire pro omnibus excubias agēti & omnia animantia è somno excitanti? In nomine *Vesper* cōmiserunt illud vitium quod *hysterō* proteron Græmatici dicunt, vnde *Berg* dicentes, quo significatur *vesper* omnia abscondere. Concedat itaq. harū vocū nobis origines, vel ipsi domi suæ alias & eas quidem rectiores ostendant. Quid quòd Orientis quoque vocabulum apud Hebræos vitatum è nostro quoque sermone petrum est? Nam *מערב* nihil aliud est quam *Madon*, quo antiquitas nobis denotatur; vbi duplex W. in Q. mutatur, & consonantem primam malè sequitur vocalis, quod frequens Hebræis, vt pro Alban dicunt *מלך* vocales principio vocum non dignantes. Videmus ergo & nobis Orientem antiquissimum dici dum *Aust* vocatur, & Græcis & Latinis matutinum tempus ab antiquitate dici, & Orientem ab Hebræis ipsam vocari antiquitatem: qua in re illud inter alia animaduertas velim, non ob id tantum Orientem antiquissimum dici, quia hora matutina ceteris diei horis sit antiquior; sed propterea etiam, vt semper recordaremur antiquissimam habitationem in Oriente fuisse, & ibidem antiquissimam & primam permanisse linguam, & eos apud quos ea seruata est, idcirco idem nomen cum Oriente habere solo articulo præposito differens. Sed satis horum; reuertamur ad *Hesperiam*. Quamuis Græci Italiam *Hesperiam* vocent, propriè tamen & præcipuè Hispania *Hesperia* dicitur, quod Hebræos quoque video seruasse dum *מערב* pro Hispania scribunt; quam tamen vocem more suo malè pronuntiant, idque tribus de causis: & quòd puncta aliena subscribant, & quòd vocalem post consonantem de stolidi sua lege in principio ponant, & quòd aspirationem reiecerint, nisi eam ex *Phe* tibi sumas. Adde & illud *Daleth* in fine redundare. Pro *Hesperia* igitur *Sepharad* efferunt; vbi Iota omisum esse, quod est in *Hesperia*, vix tanti facio, vt annotatu dignum putem, in ea præsertim lingua quæ turpissimè omnes voces mutilare consuevit: quod vt clariùs intelligas, vide *Chaldæum* *Turgumanum*, qui loco *Sepharad* in *Abdia* *Propheta* transtulit *Sipamiam*, quod me *Arias Montanus* monuit, vir non eximia modò Theologiæ, sed omnium etiam artium liberalium & omnium linguarū doctrina excellentissimus. Hic cernis tria mox errata in Hispaniæ nomine: Primum quòd aspiratio sit adēta; Alterū, quòd vocalis cōsonantē in principio vocis sequatur, vti & in *Sepherad* fieri dixi; Tertiū quòd *Mem* p *Nun* perperā scribatur: Quod itaq. euident est in *Sipania* pro Hispania peccatū, idem si in *Sepherad* cōmissum esse putes, mox perspicuū fiet *Sepherad* non ex alia voce corruptū esse quam ex *Hesperia*. Verū licet clariùs id sit quam vt ambigere quispiã de veritate eius debeat, non potui tamè cōmittere quin illud quoq. augēdæ lucis gratia adderē quod de *Zephyri* nomine occurrit. Hoc enim eandē cladē passū est qd̄ *Sepharad*, nisi quòd in altero Z. sit, in altero S. Præponatur ergo vocalis pro eo ac debet, existet *Ezphyrus*, cui si aspiratio iungatur *Hezphyrus* habebis, quod quã cū *Hesperus* cōueniat qui non videt nihil videt. Ceterū quoniã in hac vocē incidimus occasione ipsius *Sepherad*, addatur & illud, quòd nimirū hæc vox meliùs referat etymologiã quam *Zephyrus*? eo quòd *Westward* omnino nostras sit, & significet ventionē ad occidentē. Quod si *Westward* dicas, idē dixeris quod occidentē versus. *Ward* & aliis *West* idē quod versus: atq. adeò ipsum Versus Latini inde acceperunt. Verū in priore ratione cōsistimus. Est itidē apud *Abdiam* *מערב*, quod vocabulū Gallis quidã applicarunt: Mihi congruētius vaticinio videtur, si generatim pro omnib. orientalibus accipiatur, quorū regio *Auster* pat vocatur, id est via siue semita orientalis. Et optimè quidē in hac voce *Mat* est & illa *Mat* quoniã videlicet è Iudæa euntibus in *Hesperiam* opus esset vectura nauali; in Orientē itinere pedestri, ad quod *Mat* refertur,

Mâne dicitur notatio.

Matura.

Met.

Hispania proprie Hesperia dicitur.

Zephyri.

Ward.

Sarphat.

Mat.

Ward.

vnde Græcis verbum *partio* remansit vna cum tota sua prole. Quemadmodum igitur ex Hispania Sipaniam fecit interpres Chaldaeus, ita scribendi legendique apud Hebræos consuetudo ex Austerpat fecit *תפרי* cum tamen, si nostro more has litteras legas, Oosterpat expressum sit. Et hac quidem ratione Sepherad & Sarphat opponerentur, quibus merides accedens cum oppositæ partis notione non expressa, quatuor mundi plagas habueris indicatas: ad quam sententiam procul dubio Propheta videtur respexisse. Dicit enim fore ut in omnes mundi partes regnum Christi extendatur, quod omnino illis Deiverbis cõgruit quæ Iacobo dormienti dixit: Dilataberis ad orientem & occidentem & septentrionem & meridiem, & benedicetur in te & in semine tuo cunctis tribus terræ. Scio tamen & Stoorpaet posse legi, qua via Cimmerij indicarentur, quorum pars Galli sunt, & Stoorpaet pro Stoorbaet diceretur, ad eum denotandum qui omne lucrum & quicquid vitæ vñibus est commodum perturbat. Tales enim apud externos Cimmerij habebantur; & merito quidem, cum olim ante omnem ferè scriptorum memoriam omnes Asiæ & Africæ regiones peruaserint atque spoliarint. Vt cumque res habet, Sepherad & Sarphat cognomina sunt: & mea quidem sententia, à duabus mundi partibus sibi oppositis accepta. At hæc de Hesperia nomine satis superque sunt. Sequeretur nunc Hispaniæ nomen: verum quia paulò post commodius id fiet, hoc loco Hispalis nomen exponamus. Isteuones dixi nominari ab occidente *West* in *West* mutato, & duplici digamma reiecto. Hinc & Istonium vrbs in Hispania, quasi *West* *tonium* dicas, quod reddas habitationem occidentalem. Verum si digamma duplex in simplex mutet, ut in Vesperi nomine fieri videmus, ac deinde simplex digamma in adspirationem, ut è Venetis sunt Heneti, & è Velenæ Helena, mox è *Westpal* feceris Hispal reiecto Tau è medio, ut factum est in Hespero & Vespero. *Pal* nobis terminum significat à *Pal* siue *pehal* quod est conseruo, eo quod terminis positis suum cuique conseruetur. Hispal igitur terminus est occidentalis, & eodem modo Hispania est Pania occidentalis, cum & Pania sit altera orientalis, de qua mox latius. Errant itaque qui Hispaniam à Græca voce deriuant, quasi rara esset, nec minùs illi qui Hispaniam ab Hispalo Rege nuncupatam esse fingunt; de quorum numero Trogus Pompeius fuit: quando hæc nomina nullis vñquam regibus propria fuerunt. Porro quia reliqua fictitiorum Regum nomina à Tarapha vel è fallacibus Berosis & Manethonibus vel ex aliis etiam perita melioris notæ auctoribus nullam regionis proprietatem expriment, sed ad fabulas spectant à præcis hominibus non sine magna utilitate & sale confictas, non antè de illis agam quàm primùm Hispaniæ inuenero conditorem hæcenus, uti modò declaravi, frustra ab omnibus quaeritum. Neque enim poetica signenta & allegoriæ rectè intelligi possunt, nec veritati applicari, nisi priùs de ipsa constiterit veritate; qua sola & tamquam amussi quadam omnia inuolucra explicantur, & tamquam norma Pythagorica omnes inæquales anguli quadrantur. Primùm ergo hoc nobis sumemus, quod & à Iosepo & ceteris omnibus citra controuersiam traditur, Europam quidem totam principio ab Iapeti filiis nepotibusque, Africam verò à Chami posteritate habitatam fuisse; tamen si postea variæ sint factæ aliarum gentium in alias incurfiones, ut quamque vel egestas vel auaritia vel ambitio ad aliena rapienda vsurpandaque trahebat. Nobis de prima illa terrarum partitione sermo est quam Nochus in herciscunda totius orbis familia idem omnium pater & Rex tabulis suis sanxit, æquissimis illis quidem & præeunte diuini numinis instinctu dictatis, verum posterorum peruersitate vix ad paucas ætates suam habituris auctoritatem. Quamobrem si quando ab aliis dissidebo qui primæ illius diuisionis videntur fuisse negligentiore, tantisper velim lector iudicium suum patienti epoche moderetur, dum omnia rationum mearum pondera diligenter expenderit ac cõsiderarit; quod admonere ac rogare ut apud æquos viros superuacaneum esse videatur, eo tamen mihi magis necessarium putavi, quòd in ipso statim limine me coactum iri cernam ad ea pronuntianda quæ omnium eorum quorum hæcenus scripta contigit videre, sententiæ repugnant. Et verò si quæ de Hispaniis originibus mecum statui, ea cum ceterorum vel maxima vel doctissima quaque parte consentirent, quis vsus huius nostræ descriptionis esset? Numquam mihi sic placui, numquam sic vanæ studii gloriolæ, ut quæ ab aliis inuenta essent & litteris prodita, ea ego aut aliis verborum phaleris ornata, aut alia via & ratione distributa

Hispalis unde nomen habent Istonium.

Pal.

Europam Iapeti, Africam Chami posteritate in initio habitantur.

pro

pro meis venditarem. Lubenter hanc scribendi ambitionem aliis concedo, ut quæ velint argumenta sexcentis ab aliis antè tractata iterent, remandant, expoliant ac nouo lenocinio fucata, veluti merces è suo peculio depromtas, obrudant, modò contra mihi permittant ut opinionem meam ea proferam libertate quam hæcenus nemini video negatam fuisse. Ut ergo à paradoxis exordiar, illud mihi dotendum propono, Hispaniam ab Elysa & Tarso fratribus principio conditam fuisse. Diuinus Moses Elisam, Tarsum, Cetimum & Dadanim filios Ionis & Iapeti nepotes facit. Prius itaque quàm ad filios veniamus, non abs re fuerit considerare quam de causa pater hoc nomen acceperit, & quam habitauerit terras. Hebræi dum in vocem punctis suis notare volunt, sic nomen à germano suo sono alienarunt, ut nec is qui eo primùm vocatus fuit, nec posterorum quisquam ipsum sit agnitus. Dico, scribas, canas, clames quoties placebit Iauan; nemo te Græcorum intelliget, ne ipse quidem, si redeat, Homerus omnium Ionum doctissimus. Atqui si recta priorum nominum pronuntiatio à quopiam discenda, certè suum cuiusque gentis nomen non aliunde melius quàm ab ipsa gente cuius nomen est, peti queat. Si quis Teutonem Latini sermonis imperitum roget an Teutonem nomen agnoscat; confestim negabit se scire quis Teuto vocetur. At si eundem interrogas quod sit nationis nomen; mox respondebit, *Teust*. Intelligimus itaque Teutonem nomen à Latinis corruptum esse. Eodem modo si Ionum quisquam interrogetur, equos norit qui Iauan nominentur; dicit, ni fallor, se quinam sic vocentur ignorare; quem si de Ionibus rogasset, mox intellexisset de gentilibus suis fieri mentionem. Cum igitur Iauan, teste Iosepo & aliis, pater sit Ionum, & ipsa littera à Mose scriptæ Ion expriment, damnanda est illorum ignorantia qui vocabulum peruersa punctorum additione vitiarunt, quæ fecit ut non solum ab iis quorum proprium est non agnoscat, sed recedat etiam longissimè à prima sua notatione. Et insulam significare dum Iberi nomen exponerem, & ab eo quo Vnum denotatur deriuari meminisse tradidisse: Hinc Hebræi *איון* & *איון* insulas vocant, cuius tamen vocis nullam queant assignare rationem. *Ion* vocali longa pronuntiatum idem significat quod habitato, ut paulò priùs annotavi: *Ion* igitur Insularum habitator dicitur; è qua voce si litteram Hebræis iuxta ac Græcis & Latinis incognitam demas, Eion habebis; quod deinde in Ion transit. Videtur ergo Iapetus hunc suum filium ipsa nomenclatura omnium portionis suæ insularum imperio inaugurasse, & mox ab ineunte ætate maris ipsi dedisse possessionem; quo factum est ut litora primùm minoris Asiæ, deinde insulas & ipse & filij eius occuparint. Fac modò Diuinum Mossem ad suos redire: quid quæso dicet, si Iauan pro Ion audiat efferi? Didicerat ille nimirum sacerdotum in Ægypto linguam, de qua quid Ion denotaret facillè intelligebat, & idcirco rectissimè suis litteris depinxit, ægrè haud dubiè laturus, si quis vocem à significatione & germano sono detorsisset. Quod verò Hebræi Iauan nomen sibi vernaculum faciant, & lutum significare dicant, id ut ita sit & se in luto voluant permitto; sed interim intelligant vocem hanc suam nihil facere ad Ionem, cui pater è sua lingua Scythica, non è luto & stribli-ginè Hebraica, nomen fabricatus est. Sed diceret fortasse quispiam Ion quoque Hebræam esse vocem, qua columba denotatur. Nec illud negare possum, sed nihil ad Ionem. Neque enim Ion pro columba ex eadem pullulat radice, è qua Ion pro Insularum incola. Ion enim pro columba duplex digamma non è medio sed & principio perdidit, dum è *Ion* factum est *Ion*; qua compositione auis consecratrix denotatur ratione vocis è symbolo olim petita. Plenum mysterij cognomen hoc esse nemo eorum dubitabit qui scierit Spiritum sanctum in columbæ effigie D. Iohanni Baptistæ apparuisse. Nam si solus Spiritus sanctus omnia consecret, diuina reddat, & amore deuinciat, qua ratione aptius auem cuius speciem is gessit cum in Christum descendit, indigitare queas, quàm si voces consecratricem? Cogitent hic Herbariæ rei studiosi de Peristereone & Herba sacra, & videant an à firmitate herbæ nomen, an à columba malint deriuare? qua de re nos aliàs latius. Dignum etiam est accurato examine quod de columba & oliuæ ramo scriptum habemus, non tam ob historiam & celerem ad longinqua columbæ volatum, quàm ob symbolorum in his duabus naturis cognationem: quam qui diligenter expendet ac cum nomine *Ion* conferet, magna mecum perfruetur voluptate. Sed hæc obiter homonymiæ occasione. Ion itaque primùm Ioniam

Hispania primò conditores Elysa et Tarsus.

Iauan nomen corruptum.

Iauan pater Ionum.

Ion nominis e-tymon.

Ion colubæ Hebræis quæ notatione significat.

Ioniam primis conditor, et vrbes præcipuas.

condi-

condidit, cuius decem civitates nobilissimæ in continenti littore celebrantur: Milesus, Myus, Priene, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, Erythraea. Insulae adnumerantur Chios & Samus; in quibus verè antiquitatis non satis periti crediderunt Iones è Græcia in Asiam commigrasse, cum nos contra Mosaicæ historiae innixi in Asia prius Ionem quam in Græciam transfret, confedissemus dicamus. Quæ tamen de Ionia & comitiis eorum Pamoniis, ceterisque eodem spectantibus dici possent, ea ex iis petantur auctoribus qui omnium manibus teruntur: nobis propositum est ea dumtaxat in lucem vocare quæ ab aliis vel acta non sunt, vel perperam explicata. Sed hic mox obiectum iri video, me parum memorem esse eius quod modò ex vera vocis interpretatione tradidi, Ionem insulas à patre habitandas accepisse, cum nunc dicam eum non insulas sed continentem in Asia regionem primùm occupasse. Magnus hic scilicet scrupulus est, at non alij quam illi qui omnino alienus est ab omni œconomica & politica ratione. Quis rogo bone vir, quisquis es qui hanc nobis mox quæstionem, fieri possit, ut quis ad Insulas perueniat, nisi antea omnia illa sibi compararit & congesserit quæ nauibus fabricandis & instruendis sunt necessaria? quæ quot sint & quanta, non nauis tantum, sed quotquot vmquam nauem longinquo & diuturno itinere apparari viderunt, nouisse possunt. Populus Romanus Pompeio, ad piratas è mari mediterraneo pellendos delecto, omnem terram subiecit quæ non pluribus quam quadringentis stadiis à mari abesset, tum ob alias causas, tum vt vbique commeatu & rebus ad rem naualem necessariis abundaret. Non latuit Plautum quantum negotiorum vna nauis exhiberet, nedum tota classis omnibus rebus ad coloniam deducendam necessariis instructa. Diu itaque Ioni & ipsius filiis prius in continenti fuit habitandum quam ad insulas commigrarent: Cannabis & linum ferendum, ferrum è terræ visceribus eruendum, picis copia paranda, materies cædenda, omnia maritima loca colenda ad commeatum abundè suppeditandum, & ad greges & armenta terris necdum habitatis importanda. Quid quòd hæc aliâque eodem spectantia citra magnam operatum artificumque multitudinem fieri nequeunt, quæ vt procreetur, diuturna mota opus esse nemo ignorat. His de causis Ion cernens patris voluntatem esse vt insulas populis frequentaret, ea sibi principio in Asia loca delegit quæ & mari adiacerent, & rei nauali idoneam materiam darent & copiosam. Cum igitur Amanus Asiæ minoris, quæ Iapeto fuit attributa, terminus esset, ad hunc sibi sedes elegit, totumque littus & loca vicina suis filiis distribuit, quorum nonnulla hæcenus in locorum nominibus extant monumenta; & vt à confectis exordiamur, nemini dubium est quin Tar-

*Classi insynæ
de qua sint
necessaria.*

*Ion qua loca
in Asia prius
habitatis quæ
insulas occu-
paret.*

*Tarfos à Tar-
se nomen ac-
cepit.
Dodanim siue
Dodanum vo-
cem ex Dar-
dano esse cor-
ruptam.*

*Elysa apud
veteres cele-
brata.*

fos à Tarse nomen accepit, quæ Ciliciæ vrbs est nobilissima, Cydno flumini adiacens. Eiusdem regionis pars Ceteris vocatur, clarissimam fratris memoriam restigans; quem Citim plerique vocant. In Dadanim, siue, vt alij pronuntiant, Dodanim, non tam facile fortasse persuadebo litteram vnam deesse ad nominis integritatem; qua re nihil facilius aut procliuus, in nomine præsertim ignotæ apud Hebræos significationis. Quanta sit similitudo litterarum Daleth & Res, neminem Hebræorum later: ac D. Hieronymus etiam harum figurarum similitudinè errores ab interpretibus commissos esse declarauit. Quando itaque in Dardanus Res inter duo Daleth collocatur, fieri facile potuit vt quisquam Daleth esse putàs ipsum remouerit tamquam superuacaneum. Ceterum vt hoc non detur, at illud tamen frequentissimum, vt quasdam litteras Hebræi vocibus eximant, & alias formæ sermonis sui magis congruas addant. Nolim tamen hac de re cum quopiam obstinatiùs altercari, eo quòd in Tarso ciuitate & Ceteri Ciliciæ portione satis sicut argumenti duos Ionis filios hæc maritima loca tenuisse; & cetero qui potest ostendam à poetis etiam verustis inter Tarsum & Dardanum cognationem celebrari, licet quam arcta ea esset non sint assecuti. Elysa porro vestigia in Lystra Isaurorum & Lyssa maioris Phrygiæ ciuitate euidenter agnosco; & vt alij mecum agnoscant, mox præstitero. Efficiam enim, si Deus adspiret, vt omnes clarissimè intelligant nihil quondam ante Homeri ætatem Elysa nomine nobilius apud Iones fuisse, & eius plurima apud Poetas monumenta reperiri; rametsi nemo hæcenus Hispanorum, quos quidem aut noui aut legi, gentis suæ in Græcorum scriptis agnouerit conditorem. Quoniam itaque Elysa fratre suo Tarso maior natu fuisse videtur, prius de illo & eius commigratione & coloniis quam de hoc orationem habebò; quod vbi fecero, ad Tar-

ad Tarsum reuertar, quòd & eum in Hispaniam deducam. Et primùm quidem nomen examinandum, & germana eius scriptura, quo deinde illius vestigia, sicubi erunt obscura, facilius agnoscantur. In Hesperii & Vesperii nomine docui Tau desiderari, quod in Illeuone seruatum fuisset: Idem hoc loco in Elysa accidisse scito, quod integrum apud nos esset, si *Eel-lust* diceretur; à quo formula Latinorum fieret Eellustus, sed Tau è *Lust* remoto habebis Elustus siue Elysus: Sin Tau in Sigma mutes, Elysus erit; quo quidem modo crebriùs olim proferebatur. Est autem composita dictio ex *Eel*, quo nobile & generosum denotatur, & *Lust*, quod significat appetitionem & oblectamentum finem appetitionis, & vt vocula Noctium Articularum vtat, cuiusuis rei libentiam: ita vt *Eel-lust* non aliud exprimat quam generosam ac nobilem & appetentiam & oblectationem. Mirum est quàm accuratè parentes illi semper obseruarint vt liberis suis boni ominis nomen imponerent, qua in re tam felices fuerunt plerique, vt vaticinari, non ominari viderentur, Spiritu sancto haud dubiè piis votis præeunte. Eam nominum fabricandorum legem diligenter retinendam esse Pythagoras discipulos suos docuit, & Romani tam religiosè seruauerunt, vt in militum delectu diligenter cauerent, vt primus faustam haberet nomenclaturam. An non in sacris omnes monebantur, vt bona verba dicerent ac linguis fauerent? Quod si ita est à posterioris ætatis hominibus, apud quos omnia in peius ruerant, religiosè obseruatum, quid de primis illis patribus fuerit credendum, quorum verba tam efficacia in benedicendo & maledicendo legimus fuisse, vt ea Dei voluntas sequi videretur? Ceterum quia solenne nostratibus est propria hominum crebrò decurrere vel capite truncato, vel cauda amputata, vel medio exemto, vt dum pro Elisabet dicimus aliquando *Eel* / aliquando *Lis* / aliquando *Set*, mirari non oportet, si modò prior syllaba, modò posterior in *Eel-lust* adimatur; præsertim cum vtraque faustissimam habeat significationem. Fuerunt igitur qui *Eel* proferrent, fuerunt qui *Lust* ipsum vocarent; & ex priore quidem Græci Elis fecerunt, è posteriore Lytus & Lytus & Lytus, & Latini Lusus: eo quòd & Lusus & Ludo apud Latinos ab hac nostra voce deriuentur, vbi corruptelæ modus satis est apertus, & interrim notationis ratio seruatur. Siue ergo *Eel* / siue *Lust* / siue *Eel-lust* dicas, eundem hominem notaris; & eodem modo Elis & Lytus & Lytus & Lyssa & Elyssa, siue per geminum siue per simplex Sigma proferatur, eiusdem hominis fuerit nomen. Quòd autem id Moses per Alef in principio scripserit, nihil habet miri, quia E longum in Alef crebrò commigret: qua de re post iterum in Alyzonibus quærendis. Prioris syllabæ in *Eel-lust* / qua nobile denotatur, nobilis omnino est & generosa significandi vis & efficacia, qua tota veræ nobilitatis ratio continetur & explicatur. *Eel* enim breui vocali elarum & omnium rerum fundamentum est, & omnium supremum, vt in Hermath. de litterarum potestate denotatur. Cum igitur vt verbum vsurpatur, significat id quod depressum est eleuare, & quod eleuatum est sustinere, qua in re consistit tota rerum omnium conseruatio. Creata enim omnia eleuentur & sustineantur, & quamuis ima sint, cum summo apice copulentur necesse est; quæ omnia harum duarum litterarum potestate exprimentur, quibus si aspiratio præponatur, vel eiusdè manent significationis cuius prius fuerant, vel notant idem quod *Pal* / id est seruo. Ab *Eel* *Eel* manat, vt ab vno tempore duo fiunt, & simpliciter vt ab vno duo procedunt, & vno duo deuiantur: qua voce quia nobile designatur, statim intelligimus in eo nobilitatem omnem consistere, si quid à supremo & omnium fundamento procedat, & ad illud tamquam ad fontem suum referatur, & omnia sua tum eo sulca habeat tamquam fundamento vnico, quod *Eel* vocamus; tum ad supremum apicem, quem Lambda summum palati extrema sui parte feriens designat, recta via contendat. O breuem, ô absolutam veræ nobilitatis definitionem! veræ nobilitatis inquam, non eius quæ solà vulgi nititur opinione, quæque non magis nobilitas dici potest quam vmbrae humanæ somnium verus homo. Ille igitur verè nobilis est qui omnia sua studia, omnia vitæ officia, omnes actiones habet à summo apice suspensa, & eidem cetero fundamento firmissimo innixas, & ad eundem tamquam vltimum finem relatas. Iactent nunc qui volent nobilitatem, & videant ecqua nobilitas extra nobilem actionem reperiri queat. Quoniam verò neque ad ipsius Lambda notationem quicquam potest aspirare, neque ipsius *Eel* significatione niti, nisi recta via & ratio ab ipsa veritate demonstretur, nec

*Elysa nomi-
nis notatio.*

Eel.

*Nomen boni
omnis quan-
ti fuerit an-
tiquis.*

*Elysa nomen
variè à va-
riis corruptum.*

Eel.

Eel.

*Nobilitas
vera.*

D

veritas

veritas vlla extra Christianam potestatem inueniatur, fieri non potest vt quisquam nobilis esse queat citra Christianam caritatem, qua omnia cum supremo vniuntur, & id quidem coniugio firmissimo & numquam soluendo, quod per e& quoque nobis denotatur. Scribant qui volent de nobilitate libros quamuis elegantes & copiosos, omnia Philosophorum scrinia rimentur & expilent, adducant in medium quicquid est sacris litteris traditum, numquam tamen efficient vt quicquam verius, quicquam efficacius, quicquam grauius quam his duabus litteris comprehendatur, & Hermathenæ cultoribus clarè explicetur, de nobilitate decernant. Porro Lust/ quam alteram compositæ dictionis facimus partem, à Lost deriuatur, eo quod oblectatio & voluptas, omnis desiderij finis, animum à curis & angustiis soluat. Lust enim idem est quod soluo, à quo Græcorum λουω, & per metathesin Solutio Latinorum, & λύω apud Hebræorum quosdam in eadem significatione quam Münsterus annotauit, vsurpatum. Explicat igitur hæc vox Lust propriam ipsius lætitiæ & oblectamenti naturam, si Peripateticis & Hippocraticis & ipsi aded rectæ rationi credamus, quæ hanc animi affectionem cordis & spirituum vitalium dilatatione, tristitiam ei contrariam contractione & angustiis definit. Latini videntur hinc stultitiæ nomen sumisse secundum eam conuersionem quæ à Lust Sol, è λουφ φωρ ac fur, è Lust folium & φύλλον, & alia id genus è similibus nostratibus corrupta cernuntur. Nihil ergo mirum, si Lylius & Lyfias Græcis λυσι & λυσι deriuari videantur, cum & hoc ipsum fiat à Lust nostrati: quia apud nos etymologia & proprius linguæ character, non apud Græcos aut Latinos, reperitur. Condonet mihi lector si crebrius hanc vocem de Hermathenæ doctrina interpretandarum & ad primos primi sermonis fontes, è quibus per diuersas vias deriuantur, reuocandarum rationem inculcem: at quid dico condonet, cum nulla meditatio gratior esse debeat iis quos ego ad discendum inuito? In quorum numero eos solos habeo qui scire auent quas primus homo à Deo omnium rerum scientiam nactus de singulis habuerit notiones; eo quod hi soli Socratis & Platonis studium cognoscendique desiderium sequantur: quo qui non tanguntur, eos rogatos velim, ne vniquam nostra scripta degustent, vt pote in quibus nihil sint inuenturi eius quam quærunt suauitatis, sed quorum hæc quæ rerum explicatui & remoras adferunt & prolixitatem? Næ nos dum de stulti nomine agimus stultos nos reddimus & nimium dissolutos. Hinc modò liquet Latinos stultitiæ nomine abuti, si id alij quam illi tribuant qui dissolutus est in voluptatibus sequendis. Verum iidem aptius congruentiusque vocis notationi à Lust Ludo fecerunt, reiecto Sigma, qua in re cum nihil dubij sit, mirari nihil debemus, si è Lust Lydi quoque nomen suum sint adepti: & hæc sanè causa est cur de Ludo & Lust verba fecerim, quo nimirum de similitudine vocum è primo sermone in alium transferendarum huic nostræ antiquitatum inquisitioni maius lumen affulgeret. Atque hæc quidem de nomine Elyssi. Quas verò hic gentes in Asia prius & alijs locis condiderit quam in Hispaniam nauigarit, quando nihil veterum scriptorum historiis explicatum habemus, de nominibus & locorum vicinia conicere potius quam asserere possumus; quod nobis illi facile condonabunt, qui vel Dionysium Halicarnasense vel Pausaniam vel Strabonem vel alium quemuis in simili argumento cum laude versatum à primo limite salutari. In primis itaque scimus Tarsum Cilicas condidisse, & huic Cerinum proximum confedisse. Hinc ad Taurum Lystra Isaurorum satis declarat Elystum siue Lystum loca finitima tenuisse, ac per Lycaoniam fines suos ad Phrygiam vsque protulisse, eo quod in ea Lyfias vibs eius memoriam seruet: In Phrygia Gomeri filius Ascantius habitauit, qui an Phryges condiderit, an à Dardano genus ducant, equidem nescio: at hoc scio Ionis & Gomeri posteros tam vicinos in minore Asia fuisse; vt plurimis locis permixtos habitasse credam perinde atque Myfos & Phrygas. Nam apud Homerum didicimus Ascantiam in Phrygia & Ascantiam in Mysia fuisse. qua de re perspicuum est Myfos & Phryges non permixtos modò terras, sed communes etiam habuisse maiores. Versus poetæ hi sunt:

Stultus quis sit vere dicitur.

Elysa quæ gentes condiderit & quæ loca primùm habitauerit.

Phrygas & Myfos permixtos habitasse.

Φόρυξ δ' ἐν Φρύγῃσι ἦτο καὶ Ἀσκανίος θεοειδὴς
 Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίας. id est:
 Phorcys & Ascantius Phrygios diuinus agabat. Longè ex Ascantia.
 Qui locus de Ascantia Phrygiæ maioris intelligendus. Rursus alibi Myforum

rum ducem Ascantium facit, & cum item ex Ascantia profectum, ea nimirum quæ in Mysia ea parte est quæ post habuit Nicæam ciuitatem. Sed nos nominum vestigijs insistamus, quæ nobis Isauros ab Elyfso conditos esse satis demonstrant. Quis non videt Lustram à Lust nomen habuisse, cum Lust-rat non aliud significet quam Lusti consilium siue voluptatis consilium? Consuluit enim suis vt vera oblectamenta sequerentur, quæ virtutum actiones ita perficiunt, vt ab eis nequeant seiungi. Isauri verò nomen nihil ad conditorem facit, sed locorum explicat situm. Is vocali longa glacies nobis dicitur: Haurum inter alia significat habitare, vnde & ipsum Habeo & Habito Latinorum. Erant enim Isauri altissimorum montium habitatores, in quibus perennis glacies inuenitur, quos nullo modo clariùs exprimere possis quam si Haurum dicas. Cares, Lydi & Mysi se fratres quondam dicebant; & idcirco Iouem Carium teste Strabone communi templo colebant. Quod si coniectare mihi permitteretur, dicerem Lydum, Carem, Lycum & Mysum Elyfii filios fuisse; & à Lydo, cui altera nominis paterni pars data est, Lydiam conditam esse. Diuinasse mihi Elyfius videtur, cum hunc Lystum siue Lydum nuncuparet, eo quod ipsimet Lydi se iactent τὰς παρυφίας primos inuenisse, id est, oblectamenta atque ludos. Vide quæso quàm Lydus & ludus inter se consentiant, & quàm congruenter pater hunc filium à moribus, quos videtur præuidisse, nominarit. Herodotus certè non ludos modò, sed alia etiam deliciarum voluptatumque genera eis adscribit; in quibus præter tesserarum pilæque lusum, & obsonandi cauponandique artem; illud etiam enumerat quod cum summa turpitudine coniunctum est, filias ab ipsis prostitui solere dicens, tantisper dum corporis quæstu tantum corrasissent quantum satis ad dotem esse videretur. Quod igitur possit nomen excogitari huic hominum generi aptius quam si Lustem vocentur? quo nomine non moderatus tantum cupiditatis, sed vehementiores etiam libidines notamus. Eleganter Terentius in Eunucho dicit Iouem ludum cum Danaë luisse, cum ipsi imbrem aureum in gremium mitteret, qui profectò idem Ludus fuit aut simillimus cum ludo Lydorum Herodoti scriptis prodito. Quod autem Lydum Atys filium fuisse dicunt, id hanc habet originem: Elyfius congruum se nomini suo præbens quod à patre, veluti assiduam quandam monitionem, acceperat, omnibus modis conabatur, vt cum se nobilem ac generosum omnibus ostenderet, tum tales delicias expeteret ac proponeret, quas maximè nobilitatem decere à patre & auo & proauo & ab ipsa denique recta ratione didicisset. Quoniam igitur nil odio & inuidia magis noxium est, in ea præferim familia in qua plurimæ proles sunt, diligenter perpetuò cauit, ne hæc pestis inter suos filios aut pullularet aut grassaretur. Sciebat enim nihilo nobili animo indignius esse quàm alienis bonis torqueri; quando proprium nobilitatis est non sibi soli, sed toti hominum communitati omnia sua parata & exposita habere, eo quod alioqui ab eo pendere ac fluere non videretur à quo e& nomen emanat. Quia igitur cacodæmon hac labe hominum genus maximè tentare solet, vt ex Chaini & Abeli exemplo primi parentes didicerunt, perpetuò, dum liberos ad felicem quandam ac nobilem tum appetentiam tum iucunditatem hortaretur, in ore has duas syllabas At-hyp siue Hat-hyp habebat, quibus denotabatur tantundem ac si Latine dixisset, ab odio & inuidia cauto. Ate Homérica vt notissima hominibus pestis est per omnium capita volitans, ita nos primi Græcis & Latinis ostendimus hoc eam nomine propterea vocari, quod hominum corda exedat; & vt ille dixit, rebus macrescat opimis. Atys itaque Elyfius vocatus est à perpetuo suo præcepto quo semper filios & ceteros omnes monebat, vt ab Ate cauerent. Et quamuis hac ratione omnes Elyfii filij Atyos filij dici possent, propriè tamen hoc nomen ad Lydum pertinebat, eo quod nemo Lydus reuera vel dici vel esse possit, si quis inuidiæ vel odij morsus sinceram impediatur animi oblectationem: & rursus generatim omnes Lydi dici possunt qui ab omni odio & inuidia animum liberum habent, eo quod ij in perpetua lætitia degant. Porro quia ad nobilitatem non satis est non odisse & non inuidere, nisi caritas etiam accedat & amicitia, verum humanæ vitæ condimentum & singularis voluptas, secundo filio Car nomen fecit: quam vocem licet Latini adiecta terminatione sua vernacula vsurpent, nostram tamen esse cum alibi, tum in Amazonicis ostendi. Nam & etymologia nostra est, & Ichneà è Car in hæc conuersio proprium linguæ nostræ præfert characterem: illa quidem vt id quod

Isaurorum conditor Elyfius.

Isauri nominis etymon. Haurum.

Lydia conditor.

Lydorum à deliciarum primis inuentores Lydi.

Elyfius dicitur Atys appellatus sit.

Ate Hæm.

Carus vnde nomen habet & à quo conuersio dicitur.

carum est nobiscum maneat, desiderat, hic monstrat caritatis finem in eo esse, ut conringamus id quod carum habemus. Hinc itaque Caribus nomen, quo Elysius omnes suos monebat, ut non solum ab inuidia se pueros custodirent, sed mutua etiam inter se caritate copularentur, e qua sola tandem generosa ac nobilis voluptas ad omnes emanat. Car itaque Lydi germanus frater sedem ad sinum maris a patre sibi designatum occupans urbem condidit, quam paterni praecepti & proprij nominis memor Miletum vocavit, id est liberale ac benignum caput. Milt enim significat qui omnia sua bona omnibus habet exposita & aperta, a Milt, quod est aperire & manifestare. Nobis in liberalitatis & benignitatis notatione haec usurpatur; Germani superiores pro benignitate potius & clementia quam pro liberalitate accipiunt, quamquam haec virtutes inter se sic haerent, ut nequeant seungi; atque idcirco una voce comprehenduntur. Verum enimvero licet Miletus a Milt fieri videatur; non absurdum tamen sit, si eam a Milt, quod pro reuelo usurpamus, deriuetur, qua via reuelationis caput denotatur. Certè cum quævis liberalitas summopere laudanda, tum nulla plus benignitatis atq. amoris ostendit, quam ea quæ rerum abditarum scientiam reuelat. Et videtur profecto Miletus quondam scholas rerum diuinarum habuisse, quas postea Branchidæ, cum Amazonibus Ioniam ingressi, videntur occupasse, si quæ de Amazonibus & Cimmeriis scribuntur, vera sint. Amazones enim quamuis valde olim Ioniam occuparint, primi tamen conditores non fuerunt, quod ex eo liquet, quod eam inuasisse prodantur. Miltet itaque primum spiritui sancto tribuendum esset, cui vocabulo significatione par est Apollo: qua ratione Miletus Apollini sacra diceretur, conuenienter admodum is quæ de Branchidis Herodotus scripsit. Sicut autem è Menecua fit Minerva, ita è Meletus fieret Miletus. Vtrumuis itaque intelligamus aut liberalitatis aut reuelationis caput, id clarum est, quod mutua hominum inter se caritas & liberalitas omnibus benignè sua aperiens & communicans homines Deo facit gratissimos: & idcirco Car delubrum erexit Ioui Cario, id est Deo caritatis datori & conseruatori, in qua qui manet, in Deo manet, & Deus in eo: quod cum ita sit, necessariò consequitur, ut ei qui talis est, omnia prosperè succedant, & bene fortunentur. Hoc itaque ut filios suos Elysius doceret, ac caro pignore testatum relinqueret, tertium filium Luc nominauit, quod nihil aliud significat quam fortunatum rerum successum. Hic Lycios condidit, & filij eius Lycaoniam: de qua voce post. Quod si quis Lycios à lupis ita nominatos credat, is discat melius posthac ominari, & filios parentibus cariore esse debere quam ut iis mala imprecantur. Scio apud Græcos λύκος pro lupo dici, sed is minimè nomen accepit à Luc à quo Lycij, verum per metathesim ad hanc venit homonymiam. Est enim λύκος idem quod Silyco, solo Sigma è fine ad principium relato, quo nobis designatur ouis deuorator; eo quod Silt siue Stot idem sit quod deglutio, & o siue oi significat ouem, qua de voce alibi plura. A Lut verò Lutjt nobis, & Latinis Lux, & Græcis λύκη cum deriuatis λυκάδας & ἀμφιλύκη, de quibus in Gallicis, nisi memoria fallat, egi. Cedò nūc an Græcus vllam harum vocum queat dare rationem, quæ & lupi naturam ad vnguem describat, & ab ea toto cælo terraque Luc bonæ fortunæ nomen sum moueat? Quoniam verò prosperi rerum successus non tantum pacatam præstant habitationem, sed omnia etiam augent & maximè promouent incrementis, Lycus Pandion à suis vocatus est, id est, pacans & promouens habitationem; qua in voce solum digamma duplex desideratur. Atque hinc fabulosa historia origo, qua fertur Lycus Pandionis filius fuisse, nisi Pandionem Elysum dicamus: quod equidem lubentius crederem, cum pacandæ augendæque habitationis ratio patri potius quam filio videatur conuenire. De voce Pan mox latius: Di idem esse quod augeo, crebrò dixi. De Ioue item Lycio iam iam fuerit agendum. Quod Cares & Lycios ex Europa in Asiam quidam deducere moliantur, id & Mosaica historia & veritati repugnat, nec ipsis etiam Caribus consentit, qui sese in Asia primum suum conditorem habuisse, non in Europa prodiderunt; addentes germanos sese esse Lydorum & Myfortum fratres: quod Herodotus disertis verbis memoria prodidit, & Strabo reperit. qua de re sit, ut Lydum, Carem, Lyeum & Mysum Elysi filios fuisse coniectem. Neque me mouet quod quibusdam fortasse Myfi ad Mas, & Lydi ad Lud vnum posterorum Semi, vel ad Ludim Chami nepotem referantur, eo quod homonymia non rarò in his nominibus reperitur, ut mox videas in Lud

Miletus conditor, & nominis notatio. Milt.

Miletus schola rerum diuinarum.

Ioui Cario templum cur dedicatum.

Lyciorum conditor, & nominis Elyson.

Pandion quis fuerit, et quid significet.

Cares & Lycios non ex Europa in Asiam, sed ex Asia in Europam venisse.

in Lud & Ludim; altero Chamigena, altero Semigena. Iosephus Amanum montem terminum fecit habitationis filiorum Iapeti. qua de re licet nos celasset, Tarsus tamen Ciliciæ vrbs clarum dedisset argumentum quem sibi locum Ionis posteritas vindicauit. Absurdum itaque fuerit vteriores Asiæ minoris partes vel Semi vel Chami filijs assignare, nisi confestim in ipso limine omnem historiam velimus confundere atque turbare de sola vocis alicuius allusione. Phryges & Myfos sic sibi permittos habitasse, ut eorum termini in prouerbium abiuerint ad res dubias & intricatas designandas, de Strabone discas licet; ac deinde ex eodem habebis tam olim Myfos in Europam colonias deduxisse, ut Gæographus hac antiquitate &, nescio quibus, aliis coniecturis deceptus, Myfos ex Europa in Asiam venisse scribat. Nec aliter de Phrygibus sentit, quos in Thracia etiam Myfis vicinos fuisse commemorat, prima tantum littera in Beta commutata. Iam Cares nemo vnumquam, quod equidem recorder, ausus est ad alium quam ad Ionem reducere; eo quod mediam Ioniam occupant: qui cum Lydorum ac Myfortum fratres sese esse assererent, temerariæ sit peruersitatis Lydos ad Lud vel Ludim apud Mosem commemoratos, & Myfos ad Mas (sic enim Hebræi scribunt) referre. quod si fiat, totam Ioniam videas perturbatam, & scdam gentium terrarumque confusionem, idque eo magis, si Ioniam nomen tam latè, pro eo ac decet, extendas, quam latè Ionis posterij principio ad mare, cuius insularum adituri erant hæreditatem, habitauerunt. Quid quod Ascanij memoria apud Myfos etiam colitur, tum in fluuio Ascanio, cuius Euphorion & Alexander Aetolus meminerunt, tum in Ascania vico & Ascania lacu: vnde quibus videat inter Mysum & Ascanium magnam fuisse cognationem, quæ ad Gomerum & Ionem fratres Iapeti, non Semi aut Chami filios pertinebat. Illius Mas qui à Semo genus ducit monumentum præ se fert Mosæus Susianæ fluuius longissimè à Myfia remotus: Ludimi verò nescio an Lydda Syriæ & Lydia Arabiæ Petrææ ciuitas memoriam reficent, certè eius vestigia in Iapeti portione non sunt quaerenda. Nunc ergo de Myfo Iapeti, ut opinor, pronepote. Mys voculam quatuor denotare Etymologici scriptor dicit, animalculum nimirum terrestre, & marinum; particulam corporis, & populum à quo Myfia ciuitas nuncupetur; at cur hæc significet, nullam addidit causam. Nobis Milt & Mm contraria sunt, & hoc quidem denotat vocem edere, illud vocem concludere. Hinc auiculæ dicuntur esse in Milt/ cum non canunt. Terentianus M litteram scribit in ore clauso mugire, ita ut inde cuius perspicuum esse queat de vi consonantis significationem manare. Cum enim V. latitudinem & apertionem notet siue rotunditatem reclusam, ut in Hermathena tradidi, Mm non aliud fuerit quam latitudinem siue id quod apertum fuit claudo; cui Mm contraria via pronuntiatum oppositam habet significationem, idem notans quod sonum edo; quæ propria vernaculi nobis sermonis formula manifestat ad nostros fontes vuculas has pertinere, atque inde ad alias nationes, si quæ ipsis vtuntur, transiisse. Quamobrem Græci oblit ad quam claudendi rationem spectaret Mu, verbum μῦν usurparunt pro conuico: vnde μῦν morbus oculorum. Quod si pro conuico μῦν dixissent, melius nostræ linguæ vestigia secuti fuissent; eo quod Mm/ idem sit quod vitare, quod facimus dum oculos claudimus. Latini in Muri vocabulo probè nos sequuntur; in Mutio & Musto non nihil à significationis causa recedunt, quia his verbis non omnino tacere denotant, sed submissè & quasi intra os loqui. Quia ergo Mu propriè significat os claudere siue vocem cohibere, Mus siue Muis est tacitè quicquam quaerere: Vnde Mus vocali longa, siue Muis/ animalculum illud significat quod summo silentio sibi alimenta quaerit. vnde & mustela domestica, siue æluri Musen dicuntur, cum taciti attentis oculis muribus insidiantur. Dicitur enim mustela à Mus & stelen quod est furari; ita ut mustela murum furem adamussim exprimat, non Latino, sed sermone nostro: ut ἀλλοεγε quoque dicitur ab Milt & Lour, quorum illud omnino significat, hoc attonitis oculis intueri, quod proprium est ælurorum qui auiculas fixis oculis intuentes dicuntur eas quasi fascino quodam ex arbore nonnumquam deiicere solere. Id addo, quo clariùs euadat quam Mus/ pro eo quod est tacendo silendoque magna quiete obseruo, minimè requirere ut oculi aut conuiceant aut claudantur. Ex hac igitur voce Musæ dicuntur deæ tacitæ inquisitionis præfides: & si quis Græcorum μῦσιν pro inquito dixit, is sciat se verbum à nostro Musen deriuatum usurpare. Hinc liquet My-

Myfos in Europam colonia dicitur.

Ascanij memoria apud Myfos.

Mys diuisio significata.

Mm.

Mm.

Mustela etymon.

Ælurus nomen unde habent.

Musa cur sic dicitur.

sum à *Mus* dictum magnam habere cum *Musis* cognationem, nec aliud hoc nomine quàm tacitum arcanorum inuestigatorem denotari. *Elyssus* ergo primi sui filij nomine vltimum nobis finem proposuit, voluptatem videlicet, cuius prima nobis est appetitio. Eam citra caritatem & prosperitatem diuinitus concessam, & tacitam inquisitionem contingere non posse, aliorum nomenclaturis filiorum indicauit, simul clarissimè aperiens extra pacem & mediocres fortunas difficillimum esse tacitæ rerum contemplationi vacare. Quod verò *Musarum* alimentum est, id *Mysterium* vocamus, cuius vocis causam *Græci* eam esse arbitrantur, quòd in mysteriis oculos occludere oporteat, quo mente magis cernatur. Verùm id non ita habet, cum plurima mysteria attentissimis oculis videri debeant, vt in sacris omnes cærimonie atque ritus diligentissimè sunt obseruandi. Nobis placet vel apud vetustissimos *μύω* idem significasse quod *Mus* nobis significat, vel *mysterij* nomen totum nostras esse vocabulum, non origine tantum, sed compositionis etiam ratione. Quòd si illud admittas, *mysterium* fuerit quod tacitos & linguis silentio fauentibus, non verò oculis, quod alij dicunt, conuiuentibus oporteat considerare: At si hoc magis arrideat, *Mysterium* nihil aliud fuerit quàm aut *Mus-tering* / id est pabulum & alimentum tacitæ inquisitionis, aut *Mus-stering* / id est contemplatio intenta oculorum acie cum silentio facta. Vtraque certè compositio maxima nititur ratione, qua adducor vt vocem totam nostram esse credam. *Hebræi* *מ* pro *mysterio* dicunt, & pro arcano vel *mysterio* vel consilio *מס*, quorum vtrumque apertam nobis habet significationis causam: prius quidem *מ* nostras conuertit, ipsi *Cap adiecto Samecht*, vt fiat *Xain*; cum nihil aliud *Xain* sit quàm *Cet S* coniuncta, vt *Hieroglyphica* nostra docuerit. *Cur* autem ritum sacrum signat, vnde *Curetes* rituum capita siue principes vocantur. Alterum verò vocabulum *מס* per conuersionem item corruptum est è nostro *מס*; quod est proprium eius qui imperat silentium. Cum itaque sacri ritus attentis oculis cum silentio sint considerandi, *mysterium* vtramque rem expresserit quam *Hebræi* diuisis vocibus efferunt, quarum altera silentium imperat, altera ritum exprimit. Cæterum mea nihil vel parum refert siue *מס* *מ* *μύω* deriuus, siue è nostratibus vocibus *mysterium* componas, modò agnoscas non oculos clausos, sed os clausum etymologiam postulare, atque inde *μύω* fieri, quod est à *μύω* / id est silentium impero siue doceo. Viden' quàm nec *Græca* nec *Hebraica* lingua per causas suas primas intelligi queat, nisi ad nostram reducatur, in qua modò deprehensum duplex *μύω* apud *Græcos* fuisse, alterum corruptum ex *μ* per *Iota* longum pronuntiando, quod oculis conuenit dum palpebris clausis quicquam vitant: alterum ex *Μ* uocula itidem producenda? Luculentam itaque cernimus uocem & rerum conuenientiam, quæ nobis demonstrat *Mysium*, *Musas*, *Mysterium*, *Mystas*, *Mythagogos* ex eodem fonte nomina hausisse, & omnibus tacitam arcanorum inquisitionem denotari, quæ locum suum maximè habet in rebus diuinis, quæ longo prius *Pythagoreorum* silentio discendæ sunt quàm eloquendæ. Diuinum igitur nomen *Mysus* à patre accepit, & id quidem diuinitus; quod ita esse, illa quæ de *Mysis* memoriæ prodita habemus, clarissimè ostendunt. Quid enim *Homerus*? An non tam caros *Ioui* esse dixit vt cum oculos suos recreare vellet, ad eos visum conuerterit?

Mysterij nomine etym.

Cur.

Μ.

Μ.

αὐτὸς δὲ πάλιν ἔειπεν ὅς σε φασίνω
 Νόσφιν ἐφ' ἰκτοπέλων Σρηκῶν καὶ θορῶμενος αἴαν
 Μυσῶν τ' ἀρχιμέγλων.

Eximius Musarum cultor *Homerus*, quo Deum ostenderet nullius æquè rei ac pacis & tranquillitatis amantem esse, fingit *Iouem* à tristi *Troiani* conflictu spectaculo auersum splendidos suos oculos ad *Mysos* conuertisse, quorum tanta pietas erat, vt ne læsi quidem & ab hostibus spoliati repugnarent, sed omnia superarent constanti patientia. qua de re prouerbia extiterunt, vt *Mysus* non aliud quàm præda diceretur, & *Mysorum* extremus, pro contemptissimo. Id enim neque heri neque nudius tertius, sed iam olim in consuetudinem venit, vt quanto quis diuino cultui & pietati magis deuotus esset, tanto apud hominum vulgus magis ridiculus haberetur. Hinc flebilis illa in libro *Sapientiæ* apud inferos agentium lamentatio: Nos infensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei! Hæc vera causa est illius in quo *Mysi* quondam fuere contemptus; qui tamen sic

Mysorum pietas et patientia maxima contemptus.

vati

vati placuerunt, vt eos Deo faceret gratissimos, ea in re ad vnguem *Salomonis*, immo *Dei ipsius*, sapientiæ concordans. Deridebantur enim vt *Deicolæ* & *Capnobatæ* siue *funambuli*, eo quòd sacrificiis & mysteriis perpetuò vacarent: cuius rei testem habemus *Possidonium*, qui tam pius & religionis studiosus fuisse asserit, vt à carnibus etiam abstinerent, ne videlicet crassis fumis assidua arcanorum inquisitio & diuinorum meditatio impediretur. Repellendus ergo *Phornutus*, qui *μυσίαν* putauit idem esse quod *fariare*, cum si quis hoc verbo vti velit ad rectam loquendi normam, non pro alio vtatur necesse est quàm pro eo quod aliter diceremus, totum mysteriis vacare atque pietati. Legerat nimirum *Cererem Mysiam* dici: & quia crasso quodam modo *Cerèrem* frumenti dumtaxat præsidem putabat, iudicauit *Mysiam* dici à *fariando*, & inde etiam *Mysteriorum* nomen deriuari. Nos hac de re paullo post fortasse latius agemus. Videmus modò quàm congruenter *Elyssus* hunc suum filium *Mysum* vocarit, id est, hominem perpetuo *mysteriorum* & tacitæ tranquillæque pietatis amore flagrantem. Nam si talem posteritatem eius legimus fuisse, qualem dicemus fuisse patrem & primum gentis conditorem?

LIBER IIII.



Hæc quidem de *Elyssi* filiis satis sunt, qui an plures fuerint, nec scimus, nec scire laboramus. Hoc vnum agimus, vt *Elyssum* in *Hispaniam* ex *Ionia* deducamus, in qua cum iam filiorum aliquot sedes demonstraerimus, tempus est vt ad insulas nauigemus. Alij *Ionis* filij alias in insulis ciuitates condiderunt; & *Cetios* quidem *Cetios* in *Cypro*, quorum *Zeno* *Cetiensis* fuit non exiguum ornamentum. An verò horum *Homerus* fecerit mentionem, an illorum qui in *Cilicia* sunt, nihil curamus: hoc interim scimus, *Cetios* *Cyprios* à *Cetiis* *Cilicibus* originem habere: verùm de *Cetios* nunc nobis quæstio non est. Exemplo tantum docemus quomodo è continente paulatim in insulas *Ionis* filij commigrarint. Vt *Cetios* *Cyprum*, ita frater minimus natu *Rhodom* & *Samum* occupauit. *Elyssus* verò *vtcrius* in *Peloponesum* traiecit, & inde *Italiam* circumuectus, & interiora *Hispaniæ* littora, per columnas *Herculis* enauigauit, & ad vltimum occidentem ciuitatem de nomine suo *Elyssibonam* siue *Olyssibonam*, vt vulgò proferunt, ad *Tagi* ripas constituit; & quia flumen hoc maximè placuisset, in sedibus sibi figendis nomen cogitationi affectionique suæ congruum ei fabricauit. *Tag* enim, vt dixi, idem est quod ipsum placitum. *Tarfes* deinde *Elyssi* frater, vt ætate proximus, ad ipsum fretum *Gaditanum* confedit, & ibi vrbem de nomine suo *Tartessum* condidit. Verùm quia longum admodum hoc iter est, non immeritò per multa pelagi terræque spatia præuaricari videbimur, si omnia illa omittamus quæ antè contigerunt quàm ad has vltimas occidentis oras venirent: Prius ergo de *Elyssò*, post de *Tarfe* loquemur. *Elyssus* nauibus instructis, ad quas *Latmus* mons materiam subministravit, vt mox exponam, primum *Ionis* littora legit; vbi ad minimam insulam appulsus circa *Phœnicem* montem nonnihil constitit; vnde insula *Eleusæ* nomen datum, quo *Eli* domus significatur. Hinc per insulas maris *Aegæi* in *Atticam* videtur appulisse, per rectam lineam ab oriente occidentem versus cursu seruato. Eam hoc nomine dixisse videtur, vt posteros moneret, *Europam*, in quam modò appulisset, posteris suis tenacissimè esse retinendam: quo suo præcepto vaticinatus videtur, fore vt à plurimis inuaderetur; atque ea de causa opus esse manibus firmis, & quod semel apprehendissent, id magna vi continentibus. Hæc idem est quod *Tene*, cui *Ταη* *Ichneum* vocabulum est, quod tenax est significans: Nos hoc tempore ferè sic pronuntiamus, vt diphthongi sonus audiatur, ceu *Ται* scriberetur. Et quia *Elyssus* *Ionis* filius ad hanc primum *Europæ* oram appulit, & idcirco fluuiolo & limpidis aquis grato, & post ob *Socratis* & *Phædri* colloquium nobilissimo, nomen dedit *Elyssò*; è quo posteritas maiorum suorum ignara *Ilissus* fecit. Principium

Cetiosum in Cypro condidit.

Olyssibonam ab Elyssò condidit.

Tartessum à Tarfe condidit.

Attica, nomen à quo & quæ ob rem accipitur.

Ται sive *Ται*.

Ilissus fl.

D 4 autem

Oropus quam habeat nominis notatione. Oropi.

Portus sacer.

Græc.

Græcia.

Goropij nominis ratio.

Oropi.

Phoroneus quis & unde appellatus.

Ignis inuentor Phoroneus.

Caris Elyssi filij monumentum apud Megarenfes. Phoroneus fluminis Inachi filius habitans.

Inachi et Ius fabula.

Elyssi.

autem Atticæ terræ est Oropus, inde accepto nomine, tum quod ibi prima spes huius littoris continentis possidendi affulisset, tum quod Elyssus hic Deum orarit, ut certa spes filiorum & posteritatis daretur. *Oropi* enim originem significat & filium, quia nimirum filius ab æterno genitus rerum omnium sit creator & prima origo. Vnde & origo apud Latinos remansit. Quoniam autem felix faustumque nomen est quo & spei origo & prolis spes designatur, ad alias etiam nonnullas tranſiit ciuitates. Portus verò ad quem Elyſſus primùm appulit, Sacer vocatus est, à primo ibi sacrificio in Attica facto. Eadem Oropus Græcæ etiam vocata est, teste Aristotele, propterea quod antiquissima in ea primorum Ionum fuerit habitatio, ita ut meritò Anus collatione cæterarum Græciæ partium vocaretur. Nam *γρως* anumi notat, quasi *gar-aut* id est omnino vetulam nostra lingua diceremus. Hinc deinde *γρως* formarunt ab etymologia non parum recedentes, vnde an Graiorum quoque nomen deriuetur, aliis iudicandum relinquo; mihi certè verisimile videtur. Optimè itaque Oropi significatio Græcæ nomenclaturæ conuenit, quæ ob præcipuam antiquitatem hanc regionis partem vetulam esse decernit. Nec mirum vocabulum illud quo & principij spes & spes posteritatis denotatur, plurimis opidis antiquitùs inditum fuisse; quando nihil aut Deo aut bonis viris gratius, quàm audire in rerum exordiis bene ominantes. Maiores mei cum olim vacuum locum occupassent, eum non Oropum, sed Goropum vocauerunt; tanto auspiciatùs, quanto boni exordij spes simplicis exordij spe præstantior haberi debet ac felicior, eo quod in *Go-rop-hoy* vocabulum Goropus solum vel boni principij vel bonæ posteritatis spem denotat: vnde terra quoque noua, quæ certum habet citra culturam luctum, *Go-rop* vocatur; quasi boni exordium dicas. quod quidem dignum putauit annotatu; non quo parentum memoriam ad posteros transmitterem, sed vt de vocibus hætenus apud nos vsurpatis perspicuum redderet, me in prisca vocum originibus ne ad latum quidem culmum ab hodierna loquendi consuetudine deuium ferri. Quoniam itaque Elyſſus principium dedit habitationis, vocatus est à posteris Phoroneus, id est, princeps siue caput primæ habitationis; è qua voce duplex digamma dumtaxat exemptum est, cum nobis *Phoy-won-hoy* diceretur. Nec mirum ita in Græcia tota indigitatum fuisse, cum non Atticam modò, sed Peloponesum etiam primus habitaret. Et hac de causâ ei ignis inuentionem tribuunt, eo quod primus in Attica & Peloponeso ignem accenderit. Apud Argiuos enim non Prometheus, sed Phoroneus ignis habetur inuentor, vti Pausanias in Corinthiacis annotauit. Igne autem aram & focum denotari illis facillimè probaui, qui norint quid sit pro aris & focus pugnare, & omnem habitationem à sacrificio incipere debere, vti ipse Nochus arcam egressus exemplo suo demonstrauit: quem Phoroneus imitatus simul ac de naue in terram descendit, ignem accendit; vt eius ardor Deo primùm gratos odores offerret, ac deinde vsibus humanis in cibo coquendo seruiret. Elyſſum siue Phoroneum Car filius secutus videtur, cuius monumenta quoque cum alibi, tum apud Megarenfes duo insignia visuntur; alterum arx Caria, alterum Caris sepulcrum, quem omnes Phoronei filium fuisse fatentur. At Phoroneum fingunt è flumine extitisse, eo quod parentes eius ignorarent, nec intelligerent eum aduenam fuisse qui primus Graios condidisset. Acceperant à maioribus Attici sese antiquissimos Iones esse, vti reuera primi erant in Europa; at minimè omnium antiquissimi, eo quod Asiatici priores fuissent, vti modò sapius dictum. Phoroneum autem Inachi filium slexerunt Argiui, quod primùm ad eius fluminis ostia Elyſſus ex Attica appulisset. Cæterùm quæ de Inacho & Io fabulantur poëtæ, habent illa quidem originem ex allegorica theologia; sed sic sunt corrupta, vt in iis quàm minimum veritatis superſit. Inachus nobis indicat vnum esse in pretio habendum & honorandum; quod si facias, mox lætus animus in te nascetur, qui Io vocatur: At hic dum fauore diuino contentus non est, quem Iuno nobis significat, in vaccam mutatur, vti sacris litteris potest doceri. Cætera quæ adduntur, inania sunt hominum imperitorum ludibria. Fluuium itaque ad quem primùm Elyſſus siue Phoroneus Peloponesum petens appulit, Inachum nuncupauit; vt eius monitu omnes recordarentur, vnum solum Deum colendum esse. Sed priusquam ad Peloponesum tranſeamus, de Eleusi Athenis vicina nonnihil dicendum. Aiunt Eleusium huius esse conditorem. Nihil profectò facilius quàm è Elyſſo Eleusium facere; verùm id eo minùs placet,

cet, quod Eleusis & Eleusa vocabula sic inter se sint cognata, vt eiusdem prorsus significationis esse videantur. Quemadmodum igitur in Ionia Asiatica Eleusa insula Eli domus vocata est, ita in prima quoque Europæ Ionia Eleusis domus Eli siue Elyſſi dicitur; & si quis Eleusius fuit qui à Cerere doctus primus terræ semina commisit, is haud dubiè fuit Elus, cuius domum *Ele-huis* nos diceremus, à qua dictione ad formulam Græcorum accommodata sit Eleusis, nomine suo demonstrans primum conditorem. Is Cereris hæc sacra instituit, quæ Thesmophoria Græco nomine vocantur, eo quod Ceres Thesmophoros sit, id est; sacrarum legum latrix. Quid verò Ceres sit, & cur Demeter & Dea vocetur, de sermone primo paullo inferiùs interpretabor. Meritò itaque Eleusini de antiquitate sua gloriantur, quam teste Pausania quauis hominum ætate faciunt priorem, & id quidem non malè si ad cæteros Græcos conferantur. Iones enim Asiatici & priores sunt, & Cereris sacra cum alibi tum Miletum habuerunt vetustiora: ad cuius templum spoliandum cum Alexandri milites irrupissent, omnium oculos subito ignis fulgore perſtrictos fuisse Lactantius refert. Sed quia rursus de eadem Dea dicere cogemur, in Peloponesum cum Elo nostro siue Elyſſo nauigemus. Hic Elidem mox de nomine agnoscamus, Olympico certamine olim toti Græciæ nobilissimam. Nec procul inde Elyſſon fluuui in Alpheum se exonerans, & eiusdem nominis opidum clarum habent Elyſſi monumentum. Dicitur enim Elyſſon quasi *Elyſſon-fluuium* id est Elyſſi habitatio, vbi solum digamma duplex cernis exentum. Iam & Lusorum vicus Lusii vestigium seruat, nec ab alio Lusius amnis dictus videtur, aquam habens longè frigidissimam, tametsi Pausanias à Ioue ibi loto eum dictum putarit. Lusius item Bacchi comes à Sicyoniis colitur, quod nomen haud dubiè ad Elyſſum spectat, qui Bacchi se comitem tum præbuit cum Nochum in Latium proficiscentem nauibus suis sequeretur. Nochum Bacchi nomine indigetari Indofcythica nostra tradit. Is enim cum iam Semigenas & Chamigenas & Iapeti filios in Asia habitantes veluti Episcopus totius orbis visitasset, in Ioniam venit, vt inde ad insulas & Europam profisceretur. Tarles ergo Ionis filius & Cetim eum nauibus suis primùm in Cyprum, deinde in Cretam, hinc in Peloponesum vexerunt; quos an Ion quoque comitatus sit ignoro. Cum igitur Nochus ad Elidem appulisset, summis honoribus & maxima veneratione, vt par erat, ab Elyſſo exceptus est: & quo huius tam cari hospitis memoria extaret sempiterna, totam regionem ad Alpheum sitam Arcadiam nuncupauit; quia nimirum Arcas eam inuisere dignatus fuisset. Arcas propriè Nochus vocatus est, ab Arca voce quam à nobis Latini acceperunt. Arx enim ab *Ar-rax* dicitur, quod significat demoror siue impedio attackum; qui proprius est vsus ipsius arcæ. Hinc Arceo & Arx deriuantur, quorum Latinus nullam potest significationis assignare rationem: qua de re liquet ex alio sermone voces has acceptas olim fuisse. Quamquam autem Arx omnem cistam designet, quia faciat ne id quod continet attingatur; illa tamen arca quæ omnia animantium genera ne ab aquis attingerentur custodiuit, huius nominis honorem optimo iure sibi vindicauit. Hinc Arx-gast arcæ hospes dicitur, cui nomini si Tau-demas, vti in *Lust & West* factum docui, Arcas habebis, nomen vel ipsi Nocho maximè, vel nemini mortalium tribuendum. Non fuit ergo falsa illorum fabula à Pausania & aliis recitata, qui Arcadem dixerunt omnem artem hominum vitæ necessariam suis tradidisse; quo in genere frumenti satio, panificium, lanificium, vestium compositio principatum tenerent. Quis enim alius hæc omnibus iis qui post diluuium vixerunt demonstrauit, quàm Nochus omnium parens atque doctor? Cetera figmentata longiùs à veritate recesserunt, plurimis inanibus fabulis inquinata atque confusa: in quibus nomina variis accommodata maximam pepererunt confusionem. De Callisto alij aliter, cuius nomen vel Græcam vel nostratè potest habere interpretationem: Hesiodus hanc inter nymphas recensuit; alij, in quibus Eumelus commemoratur, Lycaonis filiam fuisse scribunt, & à Ioue adamatam: Pherecydes Ceteum eius patrem facit: Astus Nyctæum: Mihi ex his suspicio suboritur, Callisto arcæ cognomen fuisse; cuius fabrum, quia obscuri eius essent natales, Nyctæum quidam vocarunt; quidam Ceteum; eo quod veluti Cetus in aquis ad totum annum versatus fuisset. Nec mirum arcam Nympham vocari, quando nulla vquam nympa carior Ioui fuit. Prima autem lingua Callisto eam nominauit, ceu *Cal-list-hoot* dicas, id est, pulcræ subtilitatis

Eleusis.

Thesmophoria Cereris sacra quis instituerit.

Ely Olympico certamine nobilis: Elyſſon fluumus & opidum. Lusorum vicus. Lusius amnis. Lusius Bacchi comes. Nochi in Europam profectio.

Arcas quid sit & cur sic appellatus fuerit. Arca etymologia.

Arcas artificum omnium hominum vitam necessarium inuentor.

Callistus fabula & opidum.

tilitatis caput, eo quod nullum unquam ædificium factū sit ingeniosius & subtilius, ut quiuis, tot animalium stabula distincta & eorum appendices necessarias tum ad pabulum dandum, tum ad fimum expurgandum bene accurateque expendens, facile fecum putabit. Quod verò hanc Lycaonis filiam dicant, id nihil aliud est quam si dicerent, arcam factam esse à Nocho, qui, uti Arcas, ita Lycaon etiam dici potest, eo quod *Luc-Hau-mon* is sit qui in eo habitat quod felicitatem diuinitus datam conseruat, quod arcam fuisse nemo nescit. Sed quomodo Nochus pater Callistus dicitur, & idem alio nomine ipsius filius? Referunt enim Arcadem Callistus è Ioue filium fuisse, quod verum esse nequit si Arcadem & Lycaonem eundem dicamus. Hic gryphus non admodum difficilis est, eo quod Nochus arcam fabricarit, atque ea ratione pater sit Callistus: idem rursus in arca tamquam in secunda sua matre Iouis beneficio latuit, & post annum egressus non absurdè filius Callistus è Ioue dicitur. Mutata verò in vrsam est, dum Nochus voluit perpetuam eius memoriam in cælo extare, in quo quatuor lucide stellæ quadrangulam arcæ structuram signant. Has *Arcton* Nochus vocauit, quod arcæ denotat demonstrationem: *Arcton* enim vocali longa demonstratio est, cuius Ichnæa conuersio *Arct*/ quo necessitas signatur, propterea quod necessitas omnia docere atque demonstrare cernatur. Et quia *Arcton* vox ad *Arctos* alludit, non absurdum est eisdem stellis varia denotari, non magis sanè quam voci vni plures tribui significationes. Et verò sicut in vocibus *Arcton* & *Arctos* magna est similitudo, ita & ipsi rebus. Nam arca in summis montibus quieuit, in quibus & vrsi stabulantur, quorum iustra in Alpibus proxima niuibus vidi; & sicut hi sub ipsis niuibus hieme quiescunt, ita & illa Paropamisio niuibus eodè tempore cooperta fuit. Præterea dum in diluuium pluebat, Arca versus cælestes vrsas ferebatur, haud aliter ac si ad ipsas contendere voluisset: vnde fit vt minimè absurdum sit ex eisdem stellis in diuersarum rerum memoriam venire, alijs aliter eas considerantibus. Homerus non sine plurimis asseclis Hamaxam, id est plastrum, ex vrsa fecit. Liceat igitur & nobis ex *Arcto* ad arcæ demonstrationem & perpetuum monumentum transire. Græci à lupo Lycaoni nomen datum fuisse arbitrati, impium quendam fingunt, qui quamplurimos filios impios itidem genuerit, ob quorum scelera Iupiter terras demerserit, uti ex Apollodoro discere licet. Liquet itaque Lycaonem ante diluuium vixisse, verum ignorantia primi sermonis felix nomen atque faustum ad hominem lupinis moribus præditum translatum fuisse. Hecateus Milesius aliter de Lycaone scribit. Equidem in hac incerta opinionum varietate id certissimum habeo, Græcos ad veritatem non pertigisse. Et hæc quidem de Arcade & Callisto in vrsam versa. Quanta cura arcæ memoriam conseruare Elyssus & ipse etiam Arcas curarint, ex eo coniectes, quod Olympiæ in Iunonis templo arca è cedro sit consecrata, quam Cypseli arcam nominarunt, qua de voce coniecerunt olim regem quempiam Arcadiæ Cypselum fuisse nominatum; qua de causa postea fuerunt qui filios suos Cypselos vocarent. Equidem crediderim Arcam perpetuò in Iunonis templo, quam caput fauoris interpretamur, seruari solere, & eam quidem quam Pausanias describit vetustiori cuiusdam successisse, cuius cum inscriptionem non intelligerent ij qui Cypselidæ vocabantur, nouam substituisse, & ei loco verarum antiquitatum & sacrorum characterum fabulas Græcanicas insculpisse. Prima arca posita ad arcæ memoriam Cypseli arca dicta est, nostra lingua *Kypseli arca*. Est autem *Kypseli* partus ex ovo exclusus; quo denotabatur hoc eius arcæ simulacrum esse, è quo omnium animantium genus velut è magno quodam ovo diuinus fauor, siue nostrati nomine Iuno, exclusisset. Num quicquam congruentius veritati dici potest? num quicquam elegantius cuiusdam comparari? Cæterum quia quicquid ex ovo excluditur *Kypseli* nominamus, si per se *Kypseli* proferatur, nulla particula orationis adiecta, excellentiæ figura nos commonebit vt de Nocho, qui supremus & præstantissimus Kypselus fuit, locutionem intelligamus. Quando itaque huius Kypseli grata admodum & illustris erat recordatio, mirari non debemus, inuentos postea generosos viros fuisse, qui filios suos Kypselos nuncuparent, inter quos & ille fuit qui tyrannidem quondam Corinthi occupasse, & Cypselidas successores reliquisse narratur. Deprehensum nunc, eundem Kypselum & Arcadem vocari posse; & arcam in templo Iunonis perpetuum fuisse præcæ arcæ, qua totum humanum genus seruatam est, monumentum, Adda-

*Lycaon quis
est unde di-
ctus.*

Arctos filius.

*Con.
Arct.*

*Cypseli arca
in templo Iu-
nonis, Olympi-
æ consecrata.*

*Cypseli ety-
mon.*

Addamus iam & illud, in Ionia etiam Asiatica arcæ monumentū celebrari in nomine insulæ quam Apollodorus septimo Caricorū libro commemorat, Arconesum appellans. Verum vt alibi & arcæ & præcæ eorum qui in Arca fuerunt religionis multa vestigia fabulis tecta supersunt, ita nusquam clariora quam in Arcadia & eius vicinia reperiuntur. Ac meritò sanè, & vt audaciùs dicam, verissimè iactant Arcades se omnium hominum vetustissimos esse: atque aded ante Lunam fuisse. Hippus Rheginus Proselanos ea de causa vocauit, & Aristophanes Croniis Beccefelana adiunxit simul Phrygibus & Arcadibus vna voce derisis. Verum nec hic nec ille nec quisquam hæcenus vel scripsit vel intellexit qua ratione se dixerint ipsa Luna antiquiores. Nos breuiter causam aperiemus, quæ tota in Lunæ & Oceani coniugio consistit, quod tale est, vt hic illam haud secus ac flagrantissimus & zelotypus amator perpetuò sequatur. Torus enim ex eius nutu pendet, ac sex horarum spatio intumescit, & totidem rursus horis in se residit pro eo atque illa in cælo mouetur, modò ad meridianum circulum accedens, modò ab eo recedens. Neque verò Oceanum tantum hic planeta gubernat, sed totam etiam aqueam naturam tum in plantis, tum in animantibus, tum in alijs rebus contentam. Interrogetur arborum vitisque putator, interrogetur materiarius, interrogetur ostreorum piscatores, nemo erit qui non intelligat Lunæ vim humoribus & augendis & diminendis præsidere. Quamobrem si quis me roget quo tempore Luna totius orbis imperium tenuerit, citra hæsitacionem respondebo, in magno illo omnium terrarum diluuiò, quod diuinus Moses nobis descripsit, quodque omnes nationes, licet diuersis nominibus, celebrauerunt, id contigisse. Quod si rectum, ac toti naturæ & omnium confessioni conueniens hoc sit responsum, perspicuum est quam Arcades iactent antiquitatem, dum primum gentis suæ conditorem dicunt ante Lunam fuisse. Quid enim aliud hoc est, quam si dicant se nomen, leges, & religionem, ac totum denique ciuitatis ius & institutum ab eo accepisse qui vixit ante cataclysmum clarissimum Lunæ regnum: quod quidem geminam habet veritatis rationem, alteram ex Nocho, alteram ex Iapeto Ionis patre, Elyssi auo. Nunc itaque tandem qui sint Proselani, & cur ita vocentur, intelligimus, & inde mox ingens sequitur agmen plurimarum rerum cum omnium studiosorum, tum maximè veræ pietatis cultorum cognitione dignissimarum. Nam si constet Arcadum linguam & omnia instituta à Nocho accepta esse, confestim clarum sit quisnam primus sit sermo, & quæ vera ac prima religio ab Adamo per Serinos ad Nochum, & ab eo ad Arcades deriuata: quandoquidem Moses testis est, non ad diluuium vsque tantum, sed ad ipsam vsque Babilonicæ arcis structuram primam linguam integram remansisse. Accuratissime igitur Arcadum antiquitates examinanda, & omnia rerum sacrarum nomina diligenter iusta verarum rationum trutina expendenda, vt quæ Nochi fuerit & eius filiorum nepotumque religio, intelligamus. Nam si hanc scientiam nacti fuerimus & alijs eam tradere possimus, plurimum nobis accesserit argumentorum, quibus homines à fide Christiana abhorrentes, nec Mosais nec Apostolicis libris credentes, ad veritatem Evangelicam pertrahamus. Multa præci patres, quorum in albo Eusebium principem habeo, è poetis, è philosophis, ex historicis, è Sibyllinis carminibus ad hanc rem contulerunt, grauiam illa quidem & insignia, sed nescio an iis paria iudicanda quæ nos, si Cylleus Mercurius masculam mentem adspirer, ex Arcadicis monumentis eruemus. Ne tamen ea parum ad Hispanicas antiquitates facere videantur, & potius extra rem quæsitæ quam in ipsa, quam versamus quæstione nata æstimentur, breuiter prius exponemus quid Arcadiæ & toti Peloponeso cum Hispania sit cognationis, quam præcæ Serinæ religionis in Græcia ab Arcade & Elyssio plantatæ mysteria in vulgus edam. Cum igitur Nochus siue præcæ Arcas pronepoti suo se totum daret ad remp. & religionem bene recteque formandam, ludi Olympici instituuntur cum ad generosam & exercitacionem & voluptatem, tum ad arcanam quoque significationem, quam post fortassis explicabo. Non dubium est quin antè Elyssus equitio diligentem operam nauarit, quo nomini suo studia vitamque respondere demonstraret, ac regionem quam tenebat, iis rebus quibus apta videretur, applicaret. Strabonem enim testem aduocare possum quo doceat Arcadiam nobilibus equis alendis idoneam esse, nec probabile est, Arcadiam a quo alendis idonea.

Arcades antiquissimi.

Luna & Oceani coniugio.

Luna humores omnes regit.

Ante Lunam fuisse cur dicitur Arcades.

Proselani.

Olympici ludi à quo & quando instituti.

Arcadia a quo alendis idonea.

dum

dum fuisse, nisi loci commoditatem antea ad hoc inuitate vidisset. Ex Arcadia ad vicinam Epirum mox deinde stirps equorum translata videtur, eo quod Virgilius ei hanc laudem ascripserit. Sunt qui Herculi Idæo Olympicos ludos acceptos ferant; aliis placuit Clymenum Cardis filium Herculis proneporem eos primum instituisse, & Herculi proauo suo vnâ aram dedicasse. Hic videmus Elyssum cognomentum Clymeni apud suos habuisse, à *Clymen* quod significat adscendebam, præteritum imperfectum, quod nobis nomina effundit, à *Clymen*; vnde Græcis Climax & cognata nomina manserunt. Elyssus ergo siue Elyssus dum Clymenus vocatur, non alia nota celebratur, quàm quod dexter fuerit equorum adscensor, qua in re olim non parum laudis fuit & ornamenti, propterea quod sella & stapedarum commoditatem necdum admisisset, vti me in Francis è Xenophonte memini tradidisse. Quisquis ergo is fuit à quo hanc prisca narrationem Pausanias didicit, is profectò ipsissimam nos docuit veritatem.

Nochus enim inter alia cognomina, quæ quàm plurima apud varias gentes de variis Dei muneribus accepit, Hercules etiam nuncupabatur, propterea quod communis omnium hominum pater esset: nec *Hercules* aliud in primo sermone designet quàm publicum omnium testem, totius nimirum posteritatis, qua omnium hominum vniuersitas comprehenditur, creatorem. Siue igitur ad Herculem principium Olympici certaminis siue ad Clymenum referatur, non multum interest; eo quod ab hoc in illius honorem primum certamen fuerit institutum. Ex eo autem quod Clymenus Cardis filius vocetur, colligo Ioni Cardis cognomen fuisse à filio Care inditum, ceu *Cari* diceretur; quo denotatur vel is qui caritatem promouet inter homines atque auget, vel is qui ipsi Cari omnis prosperitatis & incrementi auctor est: quorum vtrumque verissimè de Ione poterat dici, & quia Cari nepoti suo plurimum faueret, & quod perpetuò studeret quò filij nepotisque se mutuo amore semper complecterentur, nec vllis odiis dissiderent. quod ipsius studium Elyssus quoque egregiè est imitatus, vti in Atys cognomine declarauit. Sed quia de Olympia & Ione Olympio, Alpheo, Pifa, Lycæo, Cylleone, & aliis ad vetustas fabulas, quibus prisca theologia velatur, spectantibus sermo habebitur, hoc loco de Curulibus ludis nihil amplius dicemus, si illud vnum expediuerimus, cur toti huic pænisulæ, in qua Elis est ab Elo constructa, Peloponnesus vocetur.

Dixi modò ab adscendendis equis Clymeni cognomen Elyssus datum fuisse. At quorsum conducat equos summa dexteritate insilire, nisi eisdem probè deinde noris vti, & cursum ipsorum ita moderari, vt modò admisis habentis ventorum æquent celeritatem; modò adductis vel consistant, vel flectantur, vel in gyrum agantur; & vt semel dicam, quiduis sessoris agant arbitratur? Quo igitur & hanc laudem Elo tribuerent filij & nepotes, cognomen ei Pelopi fecerunt, eo quod *Pelops* siue *Pelop* idem significet ac si dicas, equum currentem rego. Ac quia id freno sit dentibus iniecto, fabula extitit Pelopem Tantalum filium fuisse, quia nimirum *Tantal* non aliud sit quàm dentes continere. Equestris enim cursus peritia nascitur è recta forma frenorum; quorum alia aliis vel duriora sunt vel molliora. Ceterum quia *Tantal* simpliciter denotat dentes continere, aliam quoque de Tantalo fabulam confinxerunt: Aiunt enim Deos hospitio accepisse, & iis filium suum Pelopem epulandum apposuisse, hos verò dentes abstinuissent, & idcirco meritò Tantalum filium dici, quoniam dentibus ab edendo retentis vitam deberet. Quid verò hoc sibi vult, Pelopem Diis comedendum propositum fuisse? Quid aliud quàm eum tot equos ad sacra certamina Diis instituta aluisse, vt ferè ab illis exederetur: Deos tamen miseratione commotos tantum suppeditasse diuitiarum, vt nihil damni ex eo sumtu accepisse videretur, excepto quod Ceres frugum Dea humerum eius alterum absumserit; quo denotatur eum dimidium ferè frugum suarum equis alendis impendisse, atque ita alterum humerum, id est, dimidium potentie qua onera feruntur, exesum fuisse. Pro hac tamen facultatum parte tantum benignitate diuina redditum fuisse, vt eburnea & splendidissima quæ perierant euaderent. Ceterum quoniam hæc vox *Tantal* latè patet, & ad quamuis dentium retinendorum rationem potest referri, alia quoque fabula de Tantalo conficta est, nihil habens cum equorum dentibus, nihil cum Pelope commune; tamen homonymia imperitos decipiens figmenta confuderit. Cum enim in iis quæ de inferis ab antiquis prodita sunt, legissent Tantalum eo tormenti genere cruciari, vt cum poma pulcherrima & delicatissima ex arbore

Clymenus idè qui Elyssus.
Clymen.

Nochus Hercules appellatur.
Herculis etymon.

Cari.

Peloponnesus etymon.

Pelops.

Tantalum.

Pelopis fabula explicatio.

Tantalus apud inferos cruciatus causa & expositio.

ex arbore ori suo impendentia magna auiditate arripere & iis dentes infigere conatur, ea mox retro aufugiant, & morsum intentatum fallant, idque iteratis vicibus perpetuò faciant; crediderint hanc pœnam ei Tantalo inflictam qui Pelopem Diis edendum proposuisset. Verum hac in re falluntur. Nam Tantalus hic apud inferos à potis constitutus diuitis auari in medijs opibus esurientis personam repræsentat, quem Tantalum vocarunt, & quod, vt ipse in vita à copijs suis maximis & suos & amicorum dentes cohibuisset, ita apud inferos cogere à pomis ad edendum magnis illecebris inuitantibus dentes suos continere. Vide nunc amabo quàm rectè nomen Tantali auaris conueniat, & quantum condimenti fabulæ accedat de vera nominis interpretatione: quam si Horatius intellexisset, eam fortassis eo loco indicasset quo scripsit, *Tantalus à labris fugientia flumina captat*. Diodorus Siculus eum dicit Deorum arcana vulgo prodidisse, atque idcirco ad inferos detrusum esse: quod quamuis addentes etiam continendos spectet, quorum septo Homerus linguam vult cohiberi; mihi tamen Horatiana comparatio magis placet, propterea quod Tantali tormenta potius auari quàm futilis hominis esse videantur. Quoquo tamen modo rem accipias, id negare non potes, fabulam ad vocis in lingua nostra significationem maximè quadrare. Et hæc quidem de Pelope, à quo Peloponnesus nomen accepit. Interim tamen negare nolo ab hoc Pelope alios quoque postea idem nomen mutuatos fuisse, & inter hos fortasse filium etiam quempiam Elyssi. Sed relinquamus nunc tantisper Arcadiam dum Elyssum in Hispaniam deduxerimus, deinde rursus in Elidem cum Endymione reuersuri. Nochus siue Arcas cum iam satis diu in Peloponneso fuisset apud proneporem suum diuersatus, sese itineri ad Ianum visendum accingit, cui Elyssus & Tarles & alij fortassis sese comites adiunxerunt, tum honoris venerationisque & parenti & summo Episcopo totius orbis debitæ causa, tum quo prius quidem auum suum salutarerent, deinde verò longius ad nouas terras incolis frequentandas proficiscerentur. Vt igitur longum iter compendio absoluam, Nochus ad Iapetum secundis ventis nauigauit; quo cum ventum eliet, sedem sibi eam in Tiberis ripa delegit, in qua nunc palatij Romani & bibliothecæ Apollini dedicatæ & complures aliæ ruinæ cernuntur. Crebrò aliàs docui Nochum Saturnum cognomine dictum fuisse; eo quod tanta feminis eius fuerit excellentia, vt ex eo solo totum humanum genus Deus voluerit restaurare: Iapetum autem, vt sæpe dixi, à *Gan* quo ire denotatur, vocarunt. Ganum, siue litteræ vicinæ in vicinam mutatione Ianum; eo modo quo è Gunijs fit Iunius, è Guno Iuno, & id genus alia. Saturnus ergo Saturniam, Ianus Ianiculum condidit, & ad Nochi memoriam magis perennandam Ianus totam Italiam Saturniam vocauit. Sed de his aliàs; nunc ad Elyssum redeo. Videtur Ianus Lydo Elyssi filio natu maximo vehementer delectatus fuisse, atque idcirco apud se retinuisse, & ei sedem in Etruria assignasse, à quo Tyrrheni acceperunt originem. Elyssus interim littorum ductu secutus tandem ad fretum Herculanum deuectus est, vbi fratrem suum Tarsem ad Bætim relinquens, vltimis secundum litus tantisper nauigauit, dum ad Tagum veniret; quod flumen quia summo opere placeret, Tagum vocauit; & in eius ripa mox sibi sedem delegit, quam de suo nomine *Elyssibon* nuncupauit, quæ vox in Elyssibon permutata est, & deinde temporum lapsu in Olyssiponam: Hodie per aphæresim, eam quam in Elyssi nomine exponendo annotauit, & frequentem esse dixi, optimè nominatur Lisboa, duplici digamma in B permutato. Inuenimus in Arcadia locum cui Elysson nomen erat, quæ vox non alia te ab Elyssibona differt, nisi quod in altera digamma sit omissum, in altera in Beta commutatum; qua de conuenientia liquet eundem fuisse vtriusque colonie conditorem. Quemadmodum autem in Lustria Isaurica posterior syllaba ipsius nominis *Elyss* est conseruata, ita in Lustria quoque opido ad Sacrum promontorium condito, quod alio nomine Onoba, & à Ptolemæo Onoba Lustria vocatur. Lustria itaque vt egregiè primi conditoris nomen refert, ita denotat perfectam oblectationem & voluptatem. Duo igitur euidentissima & illustrissima Elyssi monumenta in hac regione cernimus; cui mox tertium accedit in totius nationis nomine repertum. Lustriani enim nihil aliud sunt quàm Lustriani: qua in voce solum iota interiectum est, hominibus significationis & etymologie ignaris hac pronuntiatione magis placente. Verum hanc nostram assertionem veterum scriptorum testificatione confirmari ex Plinio discimus, cuius hac de re locus

E qui

Nochus in Italiam venit.

Nochus est Saturnus dicitur.
Iapetus Ianus unde appellatus.

Tyrrhenus quia condidit.

Lisbona unde nomen habet.

Lustria siue Onoba.

Lustriani nominis etymon.

Plinij locus emendatus.

qui ab aliis aliter legitur; salua eorum pace qui aliam lectionem obtrudunt, sic mihi scribendus videtur: Lusum enim Liberi patris comitem aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniae, & Pana praefectum eius vniuersae, & quae de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur fabulosa, in primis arbitror. Nec profecto mirum est codices hic varie corruptos fuisse propter homonymiam vocis Lusum, quam aliqui vt Latinum vocabulum pro ludentium actione acceperunt, & ideo vocabulum, Comitum, superuacaneum esse crediderunt: Deinde ex Lysa Lysam fecerunt, putantes ea rabiem notari sermone Graeco, & ea ratione non, Bacchantem; sed, Bacchantium, legi debere existimarunt. In horum numero video Sigismundum Gillenium fuisse, cuius bona venia dicam, omnes eos qui hanc secuti sunt opinionem, turpiter labi, & textum Plinij corrumpere, non emendare: Is autem apud alios Lysam, apud alios Lusum legisse videtur; atque idcirco vtrumque nomen edidisse. qua in re nihil momenti nos ponimus, cum id genus voces ignota significationis ab aliis aliter terminetur: nec nostra refert an Lysam an Lusum dicas, cum vtrumque ex eadem voce corruptum esse sciam. Videmus ergo quae Plinius fabulosa esse credidit pro verissimis accipi debere, propterea quod modò ostenderit Lusum, siue Lysam, siue Elyssum Bacchi comitem fuisse, dum è Peloponeso in Latium proficisceretur: cuius rei apud Sicyonios clarum extitit monumentum, quos Baccho Lysum comitem dedisse Pausanias scripsit. Vnde liquet eandem historiam apud Peloponesi incolas & apud Lusitanos à priscis proditam fuisse; quorum auctoritate & fide nixus Elyssum prius cum Nocho ad Ianum auum suum quam in Hispaniam appelleret, nauigasse scripsi. Desinant itaque peruersi codicum correctores de lusu & rabie sibi somnia fingere, & Lysum Bacchi comitem fuisse nec mihi nec Pausaniae, sed priscis Sicyoniorum credant monumentis. Nochum verò Bacchum vocari ob vini inuentionem Indoscythica nostra copiose tradiderunt, in quibus discas hoc nomine poculorum Deum vocari. Ex his modò perspicuum est, ab eodem Lysbonam & Lusitaniam nomen accepisse, & Lysam quidem siue Lusum prius in Arcadia quam in Hispania habitasse, & inde nobilem illam equorum stirpem, quorum nemo non meminit veterum scriptorum, è Peloponeso in Lusitaniam venisse; cura nimirum illius à quo & tota regio, & princeps ciuitas, & Lusitania nomen habuerunt. Nec verò in his tantum Lusi memoria celebratur, sed in populo etiam Lusitanum ad Tagi exordium habitantium. Elyssibona & in Lusitania & Peloponeso inuenitur: Lusones populi in Hispania, Lusi in Peloponeso, Lysius Bacchi comes vtrouique, vtrouique equi celerissimi nobiles habentur, quorum omnium conuenientia iis auctoribus quos Plinius fabulas scripsisse arbitratur, testibus adiuta extra omnem contouersiam ponit, eundem Peloponesi & Lusitaniae fuisse conditorem. De Elidis equis quid attinet verba facere, cum Olympicis ludis nihil sit nobilium, non apud poetas modò, sed apud historiae etiam scriptores, apud quos omnis temporis interualla metiuntur? De Oenomai equis, de Hippodamia, de Myrtilo, de Pelopis victoria quid cogitem tum explicabo, cum in Arcadiam fuero reuersus: hoc loco quid de Lusitanis equis scriptores prodiderint, exponam. Et vt à Plinio exordiamur, Constat, inquit, in Lusitania circa Olyssiponem opidum & Tagum amnem equas Fauonio flante obuertas animalem concipere spiritum, indeque partum fieri & gigni perniciosissimum ita, sed triennium vitae non excedere. Hæc ille, cui Iustinus aliqua quidem tenus assentitur, sed eam tamen adhibet moderationem, quæ Trogum Pompeium grauem historiae scriptorem maximè decere videatur. In Lusitania, inquit, iuxta fluuium Tagum equas vento concipere multi auctores prodiderunt: quæ fabulæ ex equarum fecunditate & gregum multitudine natae sunt, qui tanti in Gallecia ac Lusitania, tam pernices visuntur, vt non immeritò ipso vento concepti videantur. Homerus ad hunc modum, ad quem Iustinus fabulam re-duxit, de Rhefi equis locutus est:

Equorum nobilium stirpem à Peloponeso in Lusitaniā uenisse. Lusitanos pop.

Equorum in Lusitania & Gallecia fecunditas atque perniciositas.

Τὸν δὲ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μαγίστους
 Ἀδινότητους χλόους θελέω ἀνέμοισιν ὁμοῖαι.
 id est, vt obiter verum,

Huius equos vidi pulcros magnosque supremè,
 Ventis aequales cursu, niue candidiores.

Eadem ratione Iris ab Homero ποδηνεμος dicitur, cui epitheto par est ἀεθλόπους. Plinio Varro

Varro & Virgilius praueuerunt, quorum hic eandem rem his versibus exponit:

Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
 Ascanium; superant montes, & flumina tranant;
 Continuòque avidis ubi subdita flama medullis,
 Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illa
 Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis,
 Exceptantque leues auras; & saepe sine vllis
 Coniugis vento grauida, mirabile dictu,
 Saxa per & scopulos & depressas conualles
 Diffugiunt, non Eure tuos neque solis ad ortus,
 In Boream Caurumque & vnde nigerrimus Auster
 Nascitur, & pluuio contristat frigore calum.

Hæc de equis è Peloponeso in Lusitaniam, & inde in totam Hispaniam copiosa sobole translatis. Verum enimvero video mihi litem motum iri ab iis qui Olyssibonam ab Vlysse conditam constanter asseuerant, & eius rei cum alios, tum Strabonem testem laudant, qui hanc urbem non vt Ptolemæus Olyssiponem, sed Odyssæam nominant. Gaudeo profecto mihi oblatam esse occasionem sacrae scripturae & Poëseos hac in parte conciliandæ: frequenter monere, frequenter repetere cogor, totam ferè poësim vel è veterum Theologia fabulis tecta, vel ex historiis vetustissimis natam esse, & toties corruptam & à genuino succo alienatam, quoties ex aliis vasis in alia transfusa est. Homerus cum sibi Troianum bellum carminum suorum materiam summisset, quicquid vquam vel legerat vel audierat antiquitatum, id ad huius argumenti contulit ornatum. Quoniam igitur natione Ion erat, & tota in Ionia nihil esset Odyssæos nomine clarius, tum ob multas res præclare gestas, tum ob varias & longinquas occidentem versus nauigationes, placuit vt hunc alteram carminum suorum faceret partem: Ac quòd eum diu multumque circa Arcadiam egisse audiuisset, finxit cum patria Ithacensem fuisse, eo quòd illa quæ ipsi adscripturus erat, in hominem insulanum magis quam in alium quadrarent. Insulanos enim plurimum nauigare scimus, & versutos & versipelles fieri, qualem Vlyssæm suum fuisse finxit. Postquam itaque animaduertimus poëtas ferè propria hominum nomina è vetustissimis historiis petere solere, quod Maronem quoque videmus diligenter obseruare, non video quid vetet quo minus dicam, Vlyssæm ab Homero ad Rhapsodia partes vocatam totum natum esse ex illis sermonibus qui de Elyssio Ionis filio apud Iones & cæteros Græcos ferebantur. Quid enim verisimilius quam ante Homeri ætatem iam olim cantuunculas de Elyssio cani solere, cum & ipse consuetudinis eius fecerit mentionem apud Phæacas, Demodocum producens clarorum virorum res gestas ad citharam canentem:

Μῆσ' ἀρ' αἰοῖδον ἀνῆκεν ἀειδόμενα κλέος ἀνδρῶν.

Ex obscura igitur Elyssi fama obscuris, vt monis fuit antiqui, inuolucris tecta suum sibi Homerus Odyssæa finxit: sed longè diuersum, & multis ætatibus posteriorem. Ille multarum urbium conditor fuerat; hic multas vidisse & euertisse narratur: ille reuera ad inferos, id est, vt mox aperiemus, ad occidentum orbis cardinem profectus est; hic fingitur apud Cimmerios terram subiuisse, & nescio quas nugas Tiresiam interrogasse. Quid multis? Homericus Vlysses totus figmentum est, viri fortis & prudentis proponens exemplum; vt rectè cecinit suauissimus Horatius: at Elyssus è vera historia totus fuit petitus, cuius nomen poëta suo commento accommodauit, credens, vt opinor, in illo veterere non plus esse quam in suo veritatis. Ceterum quia Græcus vates, licet Ion esset, Vlyssis non meminit, sed totus est in Odyssæo canendo; absurda non immeritò mea hæc suspicio videri queat, nisi vno ore omnes Latini tum poëtae tum historiographi eundem ficticium virum Vlyssæm nuncuparent. Operæ igitur pretium mihi facturus videor, si causam inuestigem geminae nomenclaturæ, alterius Græcis, alterius Latinis usitatae. Profecto cum nec Homerus, nec alius quisquam, quod equidem sciam, Græcorum poëtarum Vlyssis fecerit mentionem, & extet tamen apud Latinos frequens Vlyssis mentio, tum in Troianis fabulis, tum etiam in historiis; non possum non adduci vt credam hunc Heroem apud Occidentales, quam apud Græcos fuisse notiosem: & idcirco primo suo nomine celebratum. Non ignoro tamen Olyssis etiam nomen apud vetustissi-

Poësi vna nata sit.

Homeri in Odyssæa propositum.

Vlyssæm vna finxit Homerus.

Odyssæus Græcis, qui Latinis Vlysses est.

Odyssæi etym.
2222.

mos Græcos cognitiui fuisse; verum eius rei tamen Eustathius & Zenodottus, ni fallor, meminerunt, nullam tamen nobis veteris alicuius poetæ testificationem, quam equidem videre meminerim, reliquerunt. Quanquam verò Odyseus nomen sit à Græcis vsurpatum, quid tamen eo significetur, & à qua primogenia voce deriuetur, in controuersia positum cerno. Alij ab ὀδύσσειω deducunt, quod significat irascor & odio habeo, quod verbum à nostro Hæt descendit, vnde & Ate & Odi Latinorum acceptum. His equidem nullo modo assentiri possum, tum quòd ipsa deriuationis formula minime placeat, utpote quæ velit ut Odyseus dicatur Odyssomenos, contra planè ac ceteris similiter deriuatis accidit, quæ significationem habent agendi; quod in Graphæus à γράφω, & aliis compluribus cernas: tum etiam quòd nomina fausta ac felicia mihi magis probentur, nec videam cur parentes filiis suis quibus nomina indunt, malè vel debeant vel velint ominari. Iam quòd dicunt eum propter furta & fraudes odio habitum fuisse, in eo equidem rogabo, an tantisper nomine caruerit, dum his sese artibus dedidisset. Sunt qui ab ὀδύσσειω deducant, addita causa, quòd Anticlea mater eum in via ad Neritum pepererit, cuius sententiæ Silenus Chius est fabularum libro secundo, per adspirationem scribi debere tradens. Idem docet vnicum eius nominis Sigma apud antiquos fuisse, tamen Eustathius dicat se crebrius per duplex Sigma scriptum vidisse. Quid hic viderit, quid non viderit, non magni facio; quando nihil procliuus, quàm priscam scripturam in illis vocibus corrumpi, de quarum & significatione & deriuatione nihil certi proditum habetur. Ego tamen hac in re Sileno adhæreo, uti multo quàm Eustathius fuerit vetustiori, & idcirco germanæ scripturæ certiori: at in explicatu vocis aio nihil sani eum dixisse, propterea quòd partus in via editi figmentum nec certò confect, & idoneo probetur auctore, nec multum videatur momenti habere, ut puero generoso ponatur; præsertim cum priscis nullum nomen infaustum placuisse cernam, tantum abest ut ab incommodo & euentu infelici filios suos voluerint nuncupare. De Hodyseo itaq. nihil præter scripturam vetustam è Sileno petitam certi habemus. Quod autem ad Vlyssis nomen attinet, eius nec Eustathius, nec alius quisquam vel significationem vel significationis rationem ostendit: quin immò plerique putant ab Hodyseus malè pronunciatum vitio corruptum fuisse, & idè nullam apud Latinos etymologiam dari posse. Nos prius de voce Vlysses, mox inde de Hodyseus sententiam dicemus, nouam illam quidem & à nemine hæctenus traditam; sed talem tamen, ut ne ad latum quidem pilum à veritate discedat. Vlysses què ab Olysses factum sit neminem puto dubitaturum, tum quòd Eustathius ita Græcè scripserit, tum quòd Ptolemæus, Mela, Plinius, alij Olyssiponem non Vlyssiponem dicant. Quid igitur Olysses significet, & què hoc nomen à prima sua origine degenerarit, ostendam. Et quid significet, antè declarauimus, nunc addendum ex e longo facillè fieri a, & ex a postea o. Sic Angli pro nostro Hæel Hæt dicunt, & eodem modo Græci ex Hæel Hæt fecerunt. Quid ergo procliuus quàm simili via ex Eel Ol fieri, cum Græci quoque à λέγω λόγος, & plurima similia à similibus forment. Adde nunc quòd Hodysses ab Hæt-lust quæc deriuari, & quemadmodum Hæt-lust nobile desiderium generosamq. voluptatè significat, ita Hæt-lust eum designabit qui totus nihil aliud est quàm voluptas, quasi delicias meras dicas. Vnde facillè cernas vtrumque nomen eidem dari potuisse. Quòd autem Olysses non adspiretur, mirari non debemus, eo quòd in compositione adspiratio frequenter tollatur, & sint alioqui in sermonis nostri latitudine tales quorundam dialecti, ut à principiis dictionum omnem tollant adspirationem: quod quamuis non probem, antiquum tamen esse cerno; quandoquidem Latinorum plerisque scimus adspirationem è numero litterarum sustulisse. Vates & Historiographus Hebræus Elyssa per Aleph exorditur, quod ipsi E longo melius responder. Nam quòd huic vocabulo puncta bene subscripta sint, id non tam scientiæ quàm casui tribuo; eo quòd in aliis vocibus nostratibus longè aberratum esse videam, ut in Iauan ostendi. Quamobrem siue Olysses & inde Vlysses more Latino, siue Elysses, siue Elyssus dicas, non magni refert: id saltem ex iis quæ modò in medium adduxi, liquere arbitrabor, priscum illum Olysses apud Iones decantatum, etiam olim apud Latinos, Hispanos, Calydonios, etiam Britannos, si Solino credimus, & Rhenanos, ut indicat Tacitus; honoratum non alium fuisse, quàm hunc nostrum Mosaicum Elysam. Quòd autem in Aduaticis scripsi Vlysses Homericum extra fre-

Vlysses siue
Olysses idem
qui Moyses
Elysa.

rum Herculæ ab Homero eductum non fuisse, id hæctenus credo: Cæterum hoc loco non de ficticio, sed de vero nobis mentio est, quem Græcorum post fabulis reor obscuratum, & quæ de illo ferebantur, huic fuisse attributa. Et profectò non ab simile vero est, hunc vetustissimum heroem totum Oceanum ad Calydonios vsque saltus, & ex altera parte ad Germaniam vsque perlustrasse, & hinc occasionem Homero datam, ut suo Vlyssi tam varias navigationes, & tam multos adscriberet errores. Inuenimus itaque tandem quis verus fuerit Vlysses à quo Olyssibona & Lusitania & Lusones & Lusturia in Hispania nomen acceperunt; inquiramus nunc an idem quoque Hodyseus fuerit nuncupatus. Docui Hesperiam propriè Hispaniam vocari, eo quòd vltima sit continentis terræ pars ad occidentem. Hinc Græci prisci, dum de Olysse loquerentur, eum illo cognomine honorarunt, ut fortem & strennum Occidentis Heroem vocarent. Nihil enim aliud est, si verbum verbo reddas, Hodyseus, quàm si Latine dicas, Ille eximia virtutis heros in occidente; quod intelliges si ad hunc modum Græcis loquaris, ὁ δὲ δὲ Δύμι enim significat occido, vel sub aquis aut horizontem abscondo, quod corruptum est è nostro Duit, ut in præterito ipsius Δύω videbis, si augmentum tollas. Edè verò pulcrum, magnum, bonum, & vno dicam verbo, omnibus rebus præstantem significat. Articulus autem vehementem hæc vim exprimit excellentiæ, quæ intellexeretur si Latinus diceret, Ille magnus & præstans Occidentis heros. Cedo quid simplicius, quid rectius, quid rebus ipsis congruentius queat dici, si ne vnus quidem apex in tota vocabuli compositione à simplicium vel scriptura vel notatione discedat, & interim tamen quo loco Elyssus maximè floruerit, & qua laude fuerit ab omnibus decantatus, clarissimè ostendatur? Quamuis itaque antè doctuerim Hesperii nomen eandem habere cum Vespero & originem & significationem, & neutrum proprium alicuius viri fuisse; haud tamen nefcius apud poetæ Hesperum Atlantis fratrem dici; quo fit ut conuenienter ipsis concludam, Elyssum cognomento Hesperum vocari solere; nec alia id quidem ratione, quàm ea ob quam à Græcis appellatus est Hodyseus. Quod cum ita sit, consecrarium esse sentio, ut Tarfæ Atlantis cognomen apud priscos fuerit sortitus: qua de re suo loco dicendum. Si cui ergo placebit Hespero diem condicere, ut inter reges se suo ordine collocet, is patiatur necesse est, ut primum sibi locum vindicet, ac se eundem cum Vlysse & Hodyseo esse demonstrat. Agnoscant nunc tandem Lusitani & ciues Vlyssibonenses Goropium hominem in Cimætiis tenebris è Cimætiis parentibus natum primum fuisse post tot seculorum centenarios, qui se vel voluerit vel potuerit prisci Vlyssis assertorem præstare, & primum nobilissimæ & antiquissimæ ciuitati vindicare conditorem. Meritò posthac sese de vetustissima iactabunt nobilitate, & multis ætatum circulis antiquiore, quàm si ab Ithacensi Palladij fure genus suum duxissent. Quid, an non Elyssus suo ipsius nomine omnem generosam ac nobilem concludit voluptatem, & frequenter Elus dumtaxat, id est, nobilis vocatur? Porò dum Lusus siue Lyssus siue Lyssus sine alia terminatione vocis eorum conditor nominatur, cogitent se vocari ad honesta corporis & animi oblectamenta, & ea quidem sola quibus intelligent Elyssum sese dedidisse: quæ qualia sint licet modò satis indicauerim, paullo tamen post in Arcadiam & Elidem reuersus latius exponam. Sciant interim Lusitani & vniuersim omnes Hispani, sese Elyssi non integra perfrui notitia posse, nisi sermonem eum addiscant quo & ipse & ipsius maiores vsi sunt, quoque nostrates ab Ascanio Iónis, qui genuit Elyssum, germano patruele oriundi hæctenus vtuntur. Id nisi faciant, frustra quærent ea animi oblectamenta quæ Elyssides Musæ linguæ suæ peritis temperarunt. Ac sanè nullo modo de pura ac sincera nobilitate sese poterunt iactare, nisi prius sermonis commercio demonstrant, sese Elyssi posteros esse; linguamque externam perpetuum peregrinitatis indicium deponant. Tum demum Elyssigenas agnoscemus, cum audiemus Elyssi eiusque parentum sermonem: quo quàm diu carebunt, ne sperent sese vel à primis suis maioribus, vel ab ipsorum cognatis agnitiui iri, propterea quòd lingua eos semper manifestos factura sit peregrinitatis. Nihil est quod homines æquè coniungat atque locutionis communio; quam si demas, non magis hominem quàm bestiam intelliges. Quid absurdus quàm de generis eorū claritate gloriari, quorum primi parentis ne nomen quidem queas explicare, aut eius significationem peruidere, tamen vtaris præmonstratore?

Hodysei no-
minis etymologia
& significatio.

Elyssus cognomen
Hesperus
vocatus.
Tarfis à primis
suis Atlantis
appellatus.

Hispania antiqua & Portugallia non iisdem finibus terminantur.

Bergones inter Lusitanos à Ptolemao numerantur: & eorum nominis ratio.

Berg. Buis.

Dum.

Hispani antiqui Teutonice lingua vsi sunt. Elaanu.

Duennas, Eldun.

Dolitana vallis.

Pallantium, Palatum.

Sal.

Palant Comitum Palatinorum ditto. Pal.

Verumenimvero licet Lusitani & Vlyssibonenses & Onoba-Lusturiani ad Vlyssiam tantum siue Lusum, siue, vt rectissime diceret, Lusum pertinere videantur, & inde quicquam suspicari posset ad solos Portugallos, vt hodie dicimus, hanc spectare antiquitatem; longè tamen aliter res habet; eo quod non eisdem finibus Lusitania antiqua & Portugallia hodierna terminentur. Lusitania enim Pacem, Iuliam, Emeritam, Augustam, & totam, quam nunc vocamus, Extremaduram vnà cum Vera, Placentina modò nominata, & magna parte Castellæ veteris nunc dictæ, in qua Salamantica est, & quicquid vterius iacet terrarum vsque ad Dorium amnem continebat. Nam Ana & Dorio Ptolemæus Lusitaniam comprehendit, & in ea Salamanticam recenset. Quæ cum ita fiat, intelligant Hispani, Elyssi nomen multo latius porrigi quàm vt Portugallia finibus includatur; & ideò non solis Portugallos, sed & ceteris Hispaniæ populis varias gentes & ciuitates complectentibus demonstrasse conditorem. Quid, quod ad ipsos Tagi fontes Lusones dixi à Strabone collocari, cuius populi nomè æquè clarè Lusitaniam refert atque ipsa Lusitania? Ad hos igitur vsque terminos dicemus Lusitaniam post-eritatem Hispaniam habitasse, & quicquid terrarum ab his ad Oceanum vsque & Anæ ripas continetur, bono iure Lusitaniam adscribi debere; licet postea aliter regiones eius fuerint terminatæ. Hinc fit, vt regnum Toleranum etiam suum agnoscat conditorem, & non minùs possit de Ogenia Lusitaniam nobilitate, quàm ceteri Lusitani gloriari. Ptolemæus Bergones inter orientales Lusitanos enumerat, quorum nomine omnes illi intelligi possunt qui Tornauaccam montem & eius appendices inhabitant; eo quod Bergones à Berg von nominati montium dicantur habitatores. Berg certè vox apertissime nostras est, & Hispaniæ veteri non infrequens. Inuenies in ea Bergidium, Bergidum, Bergulam, Bargiacum, Bergilium, & rursus Bergulam, id est, domum montanã. Quis enim domum notat; inde Rigula est Rychuis, id est, opulenta domus, quo nomine opidum Carpetanorum vocabatur, & apud Basteranos Segula, licet alij Segulam scribant, quo nomine modesta & tranquilla domus dicitur. Nec aliunde Dertusani populi quàm ex Dertula nomen acceperunt; quæ vox nobis vel duram domum, vel tertiam domum denotat. Videas & Dum, quo collis denotatur, in Hispaniæ ciuitatibus nominandis vsurpari: inde Bedunenses populi, & ciuitas Sebendunum; quod nomen nobis idem est quod Latinis septecollis; quo nomine Roma non ineptè vocaretur. Est & Caladunum apud Callaicos, quo caluus collis notatur. Vnde liquet eandem linguam in Hispania & Gallia & Britannia & Thracia olim fuisse, quibus omnibus in locis ciuitates inuenias à Duno nuncupatas, vt in Gallicis ostendi. Eldana corruptum est apud Ptolemæum diphthongo e in Alpha mutata; quorum figuræ nihil differunt, nisi quod hoc dextram versus, illa sursum cornua porrecta postulet. Id ex hodierno nomine colligo quod Duennas Hispani scribunt. Est autem El-dun nobilis collis: Opidum est in colle situm proximum Pallantiæ nobilissimæ quondam ciuitati, nec nunc ignobili propter Episcopalis dioceseos sedem; sub qua vallis quoque Dolitana continetur. Eius nomen planè nostras est, regionis conseruationem designans. Est & fluuius eiusdem nominis in Valentia regno; nec aliunde Pallantiæ Romanum nomen duxit, quod in Palatium tandem per corruptelam transit. Docet igitur nos vocis origo illud primarium & præcipuum Palatij cuiusque munus esse, vt regionem conseruet: vnde alio nomine nostratibus Sal vocali longa dici solet. Multo sanè magis miror prisca hoc & egregium nomen in hac vrbe remansisse, quàm plurimas verustas nomenclaturas frequenti incolarum permutatione vel corruptas vel penitus esse oblitteratas. Ac nescio an aliqua omnino antiquarum vocum magis sit exosculanda, propterea quod ostendat clarissime quæ fuerit lingua primorum Latij, primorum Arcadiæ, in qua etiam Pallantium celebratur; primorum Hispaniæ incolarum: aded vt quemadmodum Palantino-rum est regionem conseruare, ita hoc nomen prisca ac primi sermonis memoriam & in Peloponeso & in vtraque Hesperia seruat. Est ad Rheni & Neccari confluentem regio quam Palant hactenus vocamus, cuius Princeps Comes Palatinus vocatur. Quia verò limes siue terminus ad regionum & agrorum fines perpetuò seruandos collocari consuevit, apud nos Pal vocali longa pro limite vsurpatur. Quia verò plurima loca defixis lignis solent definiti, factum est vt Latini palum pro acuto ligno vt terræ insigatur apto dicant; vnde factum est vt Hispanis, corrupto Romanorum sermone hac ætate vtenti-

bus, palo baculum significet. quod annoto, vt cernas qua via paulatim voces à prima sua significatione deflectant. Ex nomine composito Pallant, quod nos diuisis syllabis Pallant siue Pallant diceremus, Pallas quoque nomenclaturam sortita est; eo quod Sapientia è Iouis cerebro siue æterno patre nata, verissima sit omnium terrarum conseruatricis, vt aliàs latius exponam. Congruentissimum profectò ciuitati metropoli nomen est Pallantia; quod addo, quoniam Pomponius Mela natione Hispanus me docuit, Pallantiam hanc olim clarissimam totius Tarraconensis Hispaniæ urbem fuisse. Nunc modica est; templum tamen habet augustum & pulcherrimis comparandum: Ritum amœno & leni susurro præterfluente abluitur, cuius digitus plateas expurgat. Hinc collem proximum habet, cuius finem Eldunum tenet; hinc siluam longè prospectat latis agris longè latèque cincta. Cum Episcopo eius, cui à Castro nomen erat, quique Pizarum Ophiræ regionis tyrannum deuicerat & capitis damnarat, multa mihi fuit & longa consuetudo, dum vnà Regina Franciæ & Hungariæ ex valle Dolitana Vaccæorum ad Pacem Iuliam Anæ impositam comitaremur. Quemadmodum autem Pallantium & in Arcadia est & in Hispania, ita & Buram vtrouique reperies; cuius nomen planè nostras est, vicinum significans. Est & hactenus opidum apud nos eodem nomine Comiti Burenfi titulum dignitatèmq. præbens. Hinc Ebur significat vicinum iurciurando adstrictum, à qua voce Ebur in Hispania, & Eburum Quadorum in Germania, & Eburacum in Britannia, & Eburones apud Belgas, & Eburodunum Caturigorum in Italia; qua in voce & Ebur & Dum clara dant sermonis eius indicia quo vetustissimi Iapeti posterij principio in Europa vtebantur. Sic & Brigantium pluribus Europæ ciuitatibus commune vocabulum satis arguit quis fuerit olim principum conditorum sermo. Est Brigantium in Hispania, est apud Vindelicos, est in Italia, sunt Brigantes in Britannia, in quibus omnibus Beta Græcorum, quo Ptolemæus & Strabo vsus est, pro V simplici digamma accipiendum, vt vulgaris pronuntiatio cuius nota dicitur. Sunt autè Virigantes homines liberi in manibus suis vtendis: Brigantes enim & syncopòs Brigantes strennum designat, ceu dicas Latine Manus habens: quo fit, vt idem sit Brigant quod liber & strenuus & manuum suarum vi libertatem defendens. Galli Romanifantes vocabulo Brigant abutuntur pro publico grassatore, quasi verò is manus habeat ad libertatem suam tuendam, qui omnium libertatem violenta manu tollit. Qui libertati & suæ & suorum defendendæ paratas manus habet, is propriè nominis huius honorem meretur. Quid vxi sit, in Bria & Briga declarauit, quæ vocabula docent hominum multitudinem in vnum opidum coire, quo libertatem suam communibus viribus tueantur. Sed quid ego nostratia vocabula in opidis conserctor, quæ sanè sunt quamplurima; cum modò demonstrauerim & Hesperia & Iberia & ipsius aded primi conditoris nomen ad Teutonicam linguam, id est antiquissimam, pertinere? SATIVS fuerit à Lusò, de quo satis modò dixisse videor, ad Panem transire, quem prisca vniuersæ Hispaniæ præfedis tradiderit, licet Plinius antiquæ veritatis ignarus fabulosum id iudicari. Quemadmodum enim Lusitania à Lusò, ita tota regio quàm latè quoquo versus patet, Hispania dicitur, à Pane accepta nomenclatura. Quo igitur intelligamus quid Hispaniæ nomen designet, in memoriam reuocetur necesse est id quod de Hispani dixi. Cum enim eadem in Hispani & Hispania syllaba prima audiatur, eiusdem vtrouique intelligatur esse significationis. Quando igitur constat His occidentem denotare, nihil aliud fuerit Hispania quàm Pania occidentalis. Cæterum quæ loca occidentis appendice nominantur, indicant esse alium eiusdem nominis locum ad orientem. Quærat ergo Pania hæc quæ indicatur ad Eurum vergere, quo cernatur voculam His non frustra adiectam fuisse. Hic nos vel vnus solus Stephanus satis iuuabit, qui Peloponnesum præter alia nomina Pania quoque dictam fuisse scribit. Nec is tamen solus id memoriæ prodidit, sed Hesychius etiam Milesius præiuit. Suidas Panion nomen loci esse annotauit non procul ab Heraclea, sed id tenuius quàm vt nostro satisfaciat instituto. Cur autem Peloponnesus Pania dicta sit, facile videbis si de Pane Lycæo cogites & de Menalis ipsi dedicatis. Virgilius Panem Arcadiæ præfecit, quæ nobilissima est Peloponnesi regio. Sic enim in Gallo canit:

*Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, mniòque rubentem.*

Pan deus Arcadiæ.

Idem in quarta Ecloga:

*Pan etiam Arcadia mecum si indice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se indice victum.*

*Hesperia cur
Panis dicta.*

*Peloponesi &
Hesperia si-
militudo.*

*Dini Hadria-
ni facellum et
antrum.*

*Hispania
quis nomen
dederit, &
Pani conso-
cravit.*

Quod si Pan Arcadiæ deus est, meritò totius Peloponesi dicitur; cum Arcadia ipsum pæniinsulæ cor occupet, ac nomine suo, quod à Nocho dicitur, testetur se olim principem regionem fuisse; & ut quod suspicor exponam, putem totam Peloponesum Arcadiam olim fuisse nuncupatam, haud secus ac tota Italia Saturnia nominabatur. Postquam ergo perspicuum est Peloponesum Paniam dici, & ob id dici quia Pani sit consecrata; clarum quoque fuerit, Hesperiam itidem Paniam idcirco vocatam fuisse, quod tota Panis præsidio subesset: at quò discrimen agnosceretur, Peloponesum simpliciter Paniam vocatam fuisse; eo quod Elyssus prius Peloponesum quàm Hesperiam Pani dedicasset. Videas modò quàm non sit fabulosum Hispaniam à Pane nomen accepisse; & Elyssum prius Paniam orientalem quàm occidentalem condidisse. Porro nec illud indignum est consideratione, magnam esse Peloponesi & Hesperia similitudinem. Vtraque enim pæniinsula est, licet altera propter Isthmi angustias insula Pelopis vocetur; & Hispania certè insulæ naturam egregiè tuetur, cum angustias, quibus Gallia adhæret, perpetua altissimorum montium catena claudat; in qua porta est mihi, cum eam transem, mirabilis visa; eo quod tam sit angusta & depressa, ut suo exiguo foramine ex equo descendere compellat: quod ubi ex Hispania fueris ingressus, magnam specum intras, in qua ad dextram gradus sunt ad D. Hadriani facellum, qui hoc antrum fertur habitasse, ducentes; ab altera parte ianitoris domus est ex eadem rupe excisa, quæ superne in celsissimam metam fastigiatur: Egressis horrendum præcipitium offertur longo ductu peditibus descendendum. Habent & alias portas hæc Gigantea Hispaniæ mœnia, sed nullas pylas his quas dixi vidi commemoratione digniores. Quamvis ergo Isthmus Hispaniæ multo latior sit quàm Corinthiacus, & Peloponêso in Helladem exitus; tutioribus tamen clauditur muris, & ob multas angustias difficilius transeundis. Magna profectò naturæ ambitio fuit in Hispania tuenda, aded ut eius zelotypia quadam videatur laborasse; qua de causa meritò etiam posset Iberia vocari, tamen nulli umquam in eam Iberi commigrassent. Non parua itaq. est Peloponesi & Hispaniæ similitudo, ita ut mirum non sit Elyssum vtramque Paniam indigitasse: & nisi hæc occidentalis Pania nuncuparetur, magna Pania posset vocari. Quod si præterea montium in vtraque frequentiam consideres, maximam quoque ex ea parte similitudinem cernes; & quod ut vtraque plurimis abundat, ita maior longè habeat maiores & longioribus laciniis latissimas camporum planities complexos. Nunc si quis fanaticos poetarum errores & cacodæmonis eorum magistri mendacia sequi vellet, latissimum campum haberet de Satyris & Paniscis fabulandi; quos si per totam Hispaniam infinitos esse diceret, atque hac nota immanem hominum pruriginem & rabiem indicaret, nihil ille quidem à veritate aberraret: verum vocibus sacrosanctis turpissimè Ithyphallorum vatum, siue potiùs ac veriùs impudentissimorum scurrarum more abuteretur. Nobis non lubet esse tã insanis & impiis, ut quæ ab Ogygiis illis viris sanctissimis vnus Dei creatoris & vindicis nostri cultoribus summa pietate sunt ad veram fidem excitandam & propagandam instituta, ea velimus ad spurcas libidines transferre; licet cum totius ferè orbis applausu dicere possimus, ob has Hispaniam Pani esse dedicatam. Nos docebimus longè aliud Panis nomine denotari, quàm quisquam vel Græcorum vel Latinorum potuerit suspicari, quod quia longioris operæ est, & magnam secum rerum sacrarum trahit materiam, atq. aded totam complectitur Christianorum religionem, tantisper differemus dum cetera quæ ad Elyssum & Tarsæm atque alios Hispaniæ cultores pertinent, fuerint explicata. Quem nunc dicemus Occidentali Panis nomen dedisse, ac totam regionem Pani consecrasse? Quem alium quæso quàm eum qui prius totam Peloponesum eidem dedicauit? Quod si ita est, uti satis ex iis quæ dicta modò sunt, liquet; an non simpliciter dicere possumus, Elyssum totam sibi Hispaniam vindicasse? Neque enim fas est ut quis alienas res Deo sacras faciat, tanto minùs id de Elyssò Nochi pronepote & discipulo nobis suspicandum. Quamobrem si totam & vniuersam Hesperiam Pani dedicauit, & ea de re Hispaniam siue occidentalem Paniam dixit; confiteamur oportet, eum totius Hispaniæ imperiù suscepisse, atq. idcirco totius Hesperia dici

dici debere conditorem. Videmus itaque eò nos sensim venisse, ut non soli Lusitani, sed vniuersim omnes Hispani bono iure queant Elyssi nomen, uti primi regis, iactare. Ac verò non alia de causa Hodyseus dictus videtur, quàm quod totius Hesperia heros esset siue Imperator. Heros enim nihil aliud est, ut id obiter annotem, quàm Reip. siue vniuersitatis alicuius caput. Porro cum Elyssus sit Hodyseus, siue magnus ille totius Hesperia heros, atque aded ipsissimus Hesperus, id est, occidentalis plagæ possessor, & beatorum sedes ab Homero ad occidentem sint collocatæ; nihil amplius verborum disertis verbis pronuntiare, campum Elyssum ab Elysa Mosaico nomen suum accepisse. Quid quæso concinnius quàm beatas occidentis sedes eius nomine insignire, qui primus fuit totius Hesperia conditor & Imperator? Quæ præterea vox posset aptius ab alia deriuari quàm Elyssum ab Elysa? Adde modò & illud ex ipsa etiam veritate, beatorum regionem Elyssos campos dici posse, de prima vocis significatione; eo quod nulla voluptas nobilior queat excogitari, quàm sit ea qua piorum animi in cælo perfruuntur. Iam & paradysus terrestris, id est, tota terra ante Dei exsecrationem, & eas quas ipse intulit diras, Elyssum æquè poterat vocari atque Gan eden, id est, hortus deliciarum. Nobis Paradysus, à quo פָּרַדִּיזָּה, & Paradysus terram significat se ipsam ad omnia proferenda promouentem citra nimirum hominum laborem; qua de re voluptas consequeretur, & ea quidem nobilissima, utpote ab omni remota seruili molestia. Quo fit ut Paradysus Elyssum quoque congruentissimè possit vocari, & haud scio an in primo sermone eam quoque habuerit nomenclaturam multo ante quàm Elyssus natus esset. Certè habere potuit, nec absurdum sit, si quis suspicetur Elyssum à patre sic vocatum esse, ut fausto ac felici nomine moneretur, ad vitam eam capeendam quæ tota ad paradysum cælestem, cuius terrestris imaginem habuit, contenderet. Apion Alexandrinus ad Canopum Elyssos cæpos & fortunatas insulas quæsiuit, & quod aliqua saltem veri similitudo absurdo figmento conciliaretur, pro Elyssio Ilyssum dixit, vocem ab Ily, quo lutum & limum Græci signant, deriuauit, dignus sanè ut loco nobilium deliciarum cum suis in luto volutetur. Eustathius ab ελύω deducit, & de cuius nescio auctoritate, addit ελύω idem esse quod χαίω, cum Hippocrati & Galeno hoc verbum vsurpetur pro re prorsus contraria: ut is nimirum ελύω siue ελύω dicitur, qui sese huc illuc iactat, nec vlla potest perfrui quiete. Et profectò video bonum virum hoc loco Hippocratica alysi laborasse. Nam non acquiescens in eo quod de ελύω finxerat, addit Elyssum dici posse, quod corpora in eo sint ελύω. Aliis videri dicit nomen hoc deduci ab Elyssio quodam viro piissimo ac sanctissimo, verum quis hic fuerit, non adiecit. Qui Græcis etymologicon scripsit, maiore etiam torquetur alyssio, nec vsquam reperit in quo acquiescat: hoc tamen ex eo accipimus vtilitatis, quod satis ostendat frustra apud Græcos quicquam sanæ rationis in hac voce quæri. Ceterum ut Eustathius Elyssij cuiusdam viri mentionem apud veteres inuenit, ita hic quoque nobis aperuit circa Rhodum locum fuisse consecratum nomine Elyssum, quo confirmat non parum assertionem meam, quæ statuit Elyssum circa Siciliam & Cariam & vicina loca prius egisse quàm vel in Peloponesum vel in Hispaniam veniret. Quamvis ergo hi sese torqueant, nec quicquam reperiant in Elyssio quietis, sed contra plurimum alyseos, nos tamen hoc tandem deprehendimus, apud vetustos etiam fuisse qui diceret, Elyssum quempiam Elyssis campis nomen dedisse, & ab eodem Elyssio locum quendam apud Rhodios sacrum nomen accepisse. Audiamus nunc Homerum, qui Grammaticis hanc dubitandi dedit occasionem. Apud eum Proteus sic Menelao vaticinatur:

Σοῖδ' οὐδέ σφατόν ἐστι διοξέφης ἢ μεγάλα
Ἄρρει ἐν ἱπποβοάτῳ θυπέειν, καὶ πτό μοι ἔπισπείν,
Ἀλλὰ σ' ἐς ἡλύσιον πεδίον καὶ πέριχα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ἔσθλος ῥαδ' ἀμεινδος
Τῆσπερ ἰήσῃ βιοτῆσ' ἀνθρώπων, ἀνθρώποισι,
Οὐ νικητός οὐτ' ἀρ' χειμῶν πολὺς οὐτέ ποτ' ὕμβροτος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνεύοντος ἀήτας
Ωκυανὸς ἀνήσῃ ἀναλύγειν ἀνθρώπους.

Quæ nos sic ex tempore, licet Musa Latinis sit minùs benigna, totidè versibus expressit:
At tibi sic Menelæe, Ioni carissime, Parca (simus: *Nenit.*)

*Elyssos campis
nomen habere
ab Elysa,
& in occidentem
ab Homero
collocatus.*

*Paradysus
unde nomen
accepit.*

*Elyssij campis
ubi à veteribus
collocatur.*

*Neuit, ut haud Argos morientem cernat equestre:
Sed Dy te ad terra fines metásque supremas
Elysiu in campum mittent, Rhadamanthys oram,
Est ubi perfacilis ratio incundaque vita;
Non nix, non ibi hiems, non imber decidit umquam,
Sed semper Zephyri per lenes sufficit auras
Oceanus, grata ut mortales frigora caprent.*

Videmus hic poëtam Elysius campos ad vltimam terrarum oram, in qua Oceanus Fa-
nonios primùm emittit, collocare; quam orbis partem Hesperiam esse quibus intelli-
git: cuius cum Elysius primus fuerit rex, non mirū si campi ab eo Elysij sint nominati.
Quod autem fingit Rhadamanthyn circa illum locum iudicium exercere, id ex eo
quod Virgilius cecinit de mortuorum animis, intelligitur:

*Quin & supremo cum lumine vita reliquit:
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporea excedunt pestes, penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: alie panduntur inanes
Suspensa ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisque suos patimur manes, exinde per amplum
Mittimur Elysiu, & pauci læta tenemus.*

Cernisne hic purgatorij & Elysij viciniam? Cum itaque Rhadamanthys iudex sit ani-
mis vel in Tartari barathrum deiciendis, vel expurgandis, vt puræ tandem ad Elysiu
veniant; bene Homerus Rhadamanthys sedem ad vltimas Oceano: contiguas terras
collocauit. Cur porro & Tartarum & Elysiu ad occidentem posuerint poëtae, facile
reperies, si diem vitæ compares. Cum enim morimur, Sol nobis æterno occidit occasu,
& ided ea omnia quæ mortuis accidunt, in occasu fieri finguntur. Quamuis ergo Ely-
sius numquam in occidente imperium tenuisset, nec Hodifæi aut Hesperii habuisset

*Tartarus &
Elysi campi
aut in occi-
dente à Poë-
ta collocantur.*

cognomen; nihilo tamen minus symbolica docendi ratio exigebat, vt quæ de inferis
dicuntur, ea omnia ad occasum referrentur; & ita Elysiu, quod post purgationem per-
uenitur, in eadem quoque mundi plaga poneretur. Elysiu ergo genuinam, vt dixi,
nominis haber rationem; & quod in Elysi sit ditio, & quod nullæ deliciae sint nobi-
liores quàm illæ quibus animi ab omnibus scelerum sordibus expiati fruuntur. Extitit

*Vlysses an ex-
tra Herculis
columnas na-
uigauit.*

olim inter doctos viros quæstio, Num Vlysses Homerici extra Herculis columnas na-
uigarit. Licet Strabo contendat ex iis versibus quos paulo antè de Græco in Latinum
sermonem verti, Homero extrema ad Oceanum Hesperia: littora nouisse; numquam
tamen vel ipse vel alius quibus id mihi persuaserit, nisi idem mihi ad extrema Hispania:
littora Aezæam insulam siue Circæum, & inde vnus diei nauigatione Cimmericorum
regionem commonstret. Quid quod & ipse Strabo fatetur figmenta poëtica esse tum
quæ de Iasonis, tum quæ de Vlyssis nauigatione scribuntur? quibus de rebus prolixam
admodum habet disputationem; quam cui legere placebit, is ipsum adeat auctorem in
varias sese formas mutantem, vt Homerus ab omni ignorantia crimine depurget.
Nobis tanti non est poëtae auctoritas, vt quid ille sciuerit, quid ignorarit, quid fabulo-
sè, quid historicè scripserit, accuratius disquirere velimus. Vno verbo dicam, eum
quicquid vsquam vel audiisset vel legisset, poëmati suo ornando accommodasse, &
quo ea mirabilia viderentur, omnem fetè nauigationem ad Oceanum retulisse. Qua
in re eo minùs peccauit, quod Oceani nomen ad omnem aquæ naturam spectet, vt in
libro Indoscythicorum Aristotelis & aliorum testimonio tradidi, demonstrans fontem
Paradisi, è quo omnia flumina deriuantur, Oceanum esse. Quamobrem mirum non
est, si poëta sibi permiserit quoduis mare Oceanum vocare: quandoquidem omnia
maria & flumina ex Oceano oriuntur, & in eundem continuò refluant, vti loco eo
cuius modò memini, breuiter illud quidem, sed satis tamen abundè adstruxi. Nihil
itaque refert pelagus ne an oceanum dicat in quo Vlysses fingitur errasse; cum totus
Vlysses, meo quidem iudicio, nihil aliud sit quàm purum purum figmentum homi-
nes in-

nes instruens, prudenti virò omnes vitæ labores atque molestias forti animo esse tole-
randas; quod vt in difficillimis rebus à nobis præstari possit, diuino auxilio opus esse, &
ea maximè herba quam Moly vocauit, nomine haud dubiè de primo sermone repetito,
quod Hermathena nostra necessariam in animi perturbationibus refrenandis patien-
tiam interpretatur. Huius tamen poëmatis occasionem è vetere fama de prisco illo V-
lysse apud Iones iactata accepisse mihi videretur, à quo & nomen & ea omnia mutuatus
est quæ ad Inferos & Elysiu campum pertinent, vt alia interim quamplurima breui-
tatis causa missa faciamus. Virgilius; si quis alius mortalium, non in Homero tantum,
sed in omnibus etiam aliis cum poëtis tum historia: scriptoribus diligentissimè versatus,
Æneam suum, quem ex Achille & Vlysse composuit, & vtriusque dotibus cumulauit,
ad Inferos demisit circa Cumas & Baias ad ipsum Auernum, vbi & ego Sibyllæ antrum
intraui, & eius vidi sacellum, rem profectò vt Ogygia ferè antiquitate nobilem, ita non
indignam admiratione ob longam & altam specum è rupe excauatam, ad cuius intima
calidus vapor subeuntes non parum molestat. Quis non audiuit Cumanæ Sibyllæ no-
men, lacum Auernum, paludem Acherusiam, Phlegræos campos perpetuis fumis &
flamis & aqua semper bulliente mirabiles? Sunt non procul inde Sirenisæ insulæ haud
longè remotæ à promontorio quod Capræ oppositum sinum facit Neapolitanum.
Hæc & quamplurima alia indicia fatis ostendunt, Vlyssis errorem ab Homero his locis
adscribi, vt latius ostendit Strabo contra Eratosthenem poëtae defendens honorem. Hinc
Brodæus vir longè doctissimus suspicatus est, si bene lectiois recordor, non vnum Vlysi-
sem fuisse; sed alium quem Homerus celebrat, & alium qui Vlyssibonam condidit:
quod equidem ita esse pro certo habeo, illud etiam addens è prisco illo & vero Vlysse
ficticium Vlysses existisse, atque ita poëtam figmentis suis ad Troiani excidij ætatem
accommodatis, sedam historia: prisca: calamitatem attulisse; adeò vt omnes veri Ho-
disæi res gestas vel æterna inuoluerit obliuione, vel ad ficticium suum errorem tradu-
cens in fabularum classe collocarit. Liberemus igitur nos inutili quæstione, & id post-
hac teneamus, Homerum Hesperia: Aufonia:, in qua Cimmerici, Cimmerici siue Gome-
ri posteri habitabant, ea affinxisse quæ Hesperia: vltiori siue Hispania: tribuere debuisset;
nec interim curemus, sciueritne an ignorauerit duas esse Hesperias, & Hesperum
siue Hodysem in vltiore sibi sedes collocasse. Mihi certè verisimile non fit, eum quic-
quam certi de rebus Hispanicis nouisse. Alioquin enim in Hodysei sui figmentis vera
historia & topographia condendis nec Tagi nec Vlyssibonæ mentionem neglexisset, &
Sacrum potius promontorium aut Barbarium aut Lunæ dedicatum ad Solis occasum
& Inferi portas quàm Leucada petram posuisset. Leucas enim in Epiro est petra alba
insignis, è qua quotannis quempiam criminis reum in mare deiici auibis alligatum, vt
volare videretur, ac nauiculis exceptum extra fines deuohi solet, Strabo commemo-
rat; quod fortasse respexit poëta, eo quod hæc via quædam ad Inferos ducens videri pos-
set. Quid igitur ad Hispaniam faciunt vel ea quæ de Cimmericis, vel ea quæ de Leuca-
de dicuntur? Iam si Leucas in Epiro est, alia via procorum animæ ad inferos, alia via
Vlysses descendit. De procorum animis sic canit:

*Vlyssis fabu-
lam Home-
rus ab Elysi-
so mutuatus
est.*

*Sibyllæ an-
trum.*

*Homeri ni-
hil certi de
rebus Hispa-
nicis nouisse.*

*Leucas petra
in Epiro.*

*Τὰς δ' Ἰσταν ὠκεανὸς τε ῥοὰς καὶ λευκάδα πέτρην,
Ἡ δὲ περὶ ἡλίου πύλας καὶ δῆμον ἐπέλεγον. id est,
Oceanus accedunt fluctus & Leucada rupem,
Et Solis portas, & magnam Somnia gentem.*

Quid hic facias vbi occidentis portam cum Leucade rupe vides coniunctam? Num &
hic quispiam defendet topographia: rationem à poëta haberi? qua in re sese Strabo
egregie fatigat. Audiamus nunc quam viam Vlysses tenuerit:

*Ἡ δ' ἐς πέλεγθ' Ἰταρὸν βαθυρρόον ὠκεανόον,
Ἐνθα δὲ νιμμελεῶν ἀνδρῶν δῆμοί τε πόλις τε. id est,
Nauis ad Oceani fines peruenerat alti,
Qua parte est populus, qua parte urbs Cimmericorum.*

Quod si concentum in his quæras, necesse fuerit vt Leucadem ex Epiro in sinum Baia-
num transferas vetustam Cimmericorum sedem, vt & ipsum Baiarum nomen declarat.
Sunt enim Baia: id reuera quod vocabulum Baia: nobis significat, qui Thermas om-
nes sic vocamus; quibus nullus magis locus quàm hæc Cimmericorum ora abundat:
quod

*Baianus si-
nus vetusta
Cimmerici
colonia.
Baia:*

quod cum ita sit, clarum est eos nugas nobis veditisse, qui Baium Vlyffis socium fuisse prodiderunt. Nos Homeri figmenta ad historiam variis modis alludere; verum aut paucis aut nullis omnino rebus reapse posse accommodari scimus. Licentiam ille sibi poetam sumit tam longè ab historica veritate seiunctam, vt ob eam causam Lucanum poetarum albo eximant, quod nimius sit custos veritatis. figmenta igitur quamplurima sunt ad Paniam vtramque pertinentia, quæ difficile esset ad veras referre narrationes; immo si verum fateri oportet, vel sola Arcadica totam mysticam complectuntur Theologiam, quam persequi aliàs fortasse erit opportunum: hoc loco eum modum tenebimus, vt specimen dumtaxat symbolorum fabularum que dedisse videri queamus & obiter attigisse, quibus inuolucris primi illi post diluuium patres antiquitatem suam sacramque historiam velarunt; & quam fieri nullo modo possit vt Arcadica quisquam explicet enucleetque, nisi sermonis eius sit peritus quo homines ante Lunam geniti utebantur. Prius tamen quam hinc discedamus, Oenomai fabulam placet examinare, propterea quod huius filia Hippodamia totius artis equestris, cuius certamen ad Alpheum agebatur, de nomine suo princeps esse videatur. Breuiter itaque Oenomaus ex *Θετ-νομ-αι* composita voce deriuatur; quam duobus modis intelligere possis; altero, vt *θετ* idem significet quod ab æterno; altero, vt idem sit quod vacuum; eo quod hæc vox ad vtrumque sit ambigua: & priore quidem via Oenomaus dicitur antiquus ab æterno nomen suum habens, qui non alius est quam Deus pater habens filium nomen suum ab æterno; posteriore modo Oenomaus hanc habebit interpretationem, vt antiquus nomine vacans sic vocetur; & hoc quidem pacto nomen non pro filio, sed pro vocabulo Dei naturam exprimente ponetur, quale non prius mortales fabricare poterunt quam Deo sint æquales. Tam enim absurdum est dicere nos Dei infinitatem capere ac nomine complecti posse, quam mentis nostræ angustias diuinæ menti facere æquales. In eundem igitur Antiquum quadrat & nomen ab æterno habere, secundum illud, *Nomen eius ab æterno*; & nomine omnino carere. Suum sibi nomen habet æquale totam potentiam infinitæ latitudinem explicans, quod est æternum æterni patris verbum: Et rursus nullum nomen habet à mortalibus inditum, quod propriam ipsius naturam designet. Nam cuius rei nullam habemus notionem, propterea quod omnem notionem infinitis interuallis excedat, eius nec nomen fabricari queamus. Posteriora eius solum videmus, vt ipsemet Mosi reuclauit; quo fit vt ex iis rebus quas scimus ab ipso dependere, ei nomina fingamus: vt dum omnia bona ab ipso fluere cogitamus, ipsum bonum vocamus, non quasi bonitatis eius infinitas animo nostro comprehendatur; sed quod bonum cuius intelligentia nostra capax est, ab illo emanet. Quanto autem quæ in captum nostrum cadunt sunt sublimiora, tanto propius ad ipsius naturam accedere iudicantur, licet infinitis spatiis quæ cogitamus ipsius excellentia sunt inferiora. Quoniam itaque æterna oblectatio superior est quam æterna contemplatio, propterea quod hæc ab illa perficiatur, & hæc illius gratia expetatur; dicimus Iouis nomen diuinius esse quam Mercurij, eo quod illud æternas delicias significet, hoc excellentem perfectamque considerationem: quarum hæc ad illam tamquam ad finem suum refertur. Spectamus enim & contemplamur vt oblectemur, non delectamur vt consideremus. De Iouis & Mercurij nomine Gallica mea prolixius tractant. Eodem modo, quia *Θετ* ipsam nobis denotat dulcedinem ac suauitatem, *Ζεὺς* Iouem Græcis significat. Rabbini Mosi Ægyptius Hebræos putat nomen Ioua non ex Hebræo sermone, sed ex alio quopiam antiquiore deriuari. Latini Deus à *Θετ*, quo significatur ipsa æternitas, retinuerunt, vnde & Græcis *Θεός*, *Διός* fit à nostro *Diui*; quod est interno motu & partes omnes penetrante augere atque prosperare. Quamuis autem perpetua oblectatio & ipsissima suauitas & ipsa æternitas sublimissime res sint, quia tamen hæc voces notiones nostras, quibus has comprehendimus, designant, longè subsistunt infra illa quæ Deo per se competunt. Hæc itaque crebrò à me aliàs annotata hoc loco repetiui, quod admirabilis vocis Oenomaus compositio melius peruideretur, quæ prima statim fronte duo nobis offert in speciem pugnantia. Quid enim videatur sibi inagis aduersari quam dicere quempiam nomen habere ab æterno, & eundem nomenclatura omni carere? Oenomaus ergo filiam habuit Hippodamiam, id est, facultatem equos domandi; quam multi quidem ante diluuium ambierunt, sed nemo præter Arcadem

Oenomai nomen notatio.

Θετ.

Deus quæ ratione nomen ab æterno habere, & quæ nomine carere dici possit.

Zeus, Deus, Θεός & Διός vocis etyma.

Oenomai fabula explicata. Hippodamia.

cadem vnum est affectus. Omnes enim à Myrtilo agitatore Oenomai sunt occisi qui Hippodamiam ambierunt. Est autem Myrtilus dictus, quasi *Μυρτιλ*, quo significatur excellens occisor. Quis hic fuit tot hominum interfector? Cataclysmus nempe, qui omnes vehementi suo cursu & Neptuniis equis deiecit & interemit, exceptis Arcade & filiis. Tandem Deus pacificatus Myrtilum in mare Myrtoum deiecit, id est, cataclysmi aquas intra littora compefcuit. *Μυρτ-ηοτ* caput significat omnium eorum quæ violentam mortem adferunt; & id circo aquis conuenit, quarum impetum nemo mortaliū, præter Arcades aliquot, euasit. Omnes autem Neptuniis Myrtili equis superati sunt, quod Hippodamiam sibi non haberent coniugem: Nam ea causa totum Gigantum genus ante diluuium periit, quod equos suos, id est, animos effrenes domare nescirent. De animo qui *Μυρτ* dicitur, & *Θεοτ* quo frenum denotatur per Ichnæam conuersionem, alibi plura: vbi doceo equos symbolum animorum olim fuisse. Ex his colligas Oenomai, Hippodamiam & Myrtili fabulam nihil ad peculiarem Peloponesi historiam pertinere; sed ea dumtaxat significari Elyffum vnum etiam ex iis fuisse qui Myrtilum effugerit non ipse quidem in se, sed in auo suo & proauo. Accepit ergo Hippodamiam uxorem, id est, accepit ab antiquo dierum, qui Oenomaus est, artem animi sui domandi. Scimus in Peloponeso etiam Mineruam Frenatricem coli solere: cuius sanè explicatus nihil aliud docet quam prudentiam diuinitus concessam ad impetum animorum Iupatis cohibendam adhibendam esse, si Mineruam propitiam habere cupiamus. Quod finxerint eum cucurrisse ad Corinthum vsque, significationem habet vtilissimæ monitionis, quæ iubet non antè nobis cursum animi sistendum quam ad optatam metam peruenerit; quoniam Corinthus à *Κορ* eunt deriuatur, quo optionis finis denotatur. Nullum profecto nomen illi yrbi congruentius dari posset, quod talis eius situs esse cernatur, vt ne optare quidem possis commodiorem ad omnia ea quæ de locorum situ sperari possunt consequenda. Fieri ergo potest vt proverbium illud, *Non cuius homini contingit adire Corinthum*, antiquius sit quam esse credatur ab illis qui causam eius explicarunt. Insignis enim sententiæ elegancia in vetusta nominis ab Arcadibus olim impositi etymologia continetur; qua tantundem intelligimus nobis dici, ac si audiuissetis, non cuiusvis esse hominis ad optatam metam peruenire. Corinthij Corinthum Iouis filium conditorem suum ferunt, quibus Pausanias, quod testibus carere videantur, non accedit. Nobis clarum est optionis finem à solo Ioue proficisci, ideòque non malè prolem eius posse dici, quam vt nobis lætam benignamque affulgere velit, iterum atque iterum rogamus; & quo contuenter clarissima vrbis nomini faciam, hoc loco metam huius ponam libelli; & ad Elyffum reuersus ab Elyffonte fluuio in Alpheum se exonerante, Olyffibonam cursum tenebo: quo Minerua Ellotia, ab Elyfo quondam magnis honoribus culta, ad campos Elyffios nos deducere dignetur; cuius nomen si interpreteris, Nobile nobilitatis omnis caput, designabit, quod nos *Κετ-ηοτ* diceremus. Quod quæso nomē Elyffus congruentius sapientiæ præfidi dare potuisset, quam si eam omnis nobilitatis & excellentis cogitationis principem vocasset? quod *Κετ-ηοτ* nobis sic exprimit, nihil vt dici queat significantius & efficacius ad demonstrandum, è sola sapientia omnem existere hominum claritatem, nec quemquam generosum vocari debere qui Mineruam, diuinam omnia ducendi gubernandique potestatem, non habeat rebus suis benignam. Græci huius significationis ignari, frigida & inepta, ne dicam portentosa, sibi somnia fingentes; alij à palude nescio qua, alij ab historia nominis causas petierunt: sed vtraque pars iuxta cæspitat, per ignorantiam caliginem in salebris laborans, nec vllum intuentis exitum ad probabilem aliquem vocis explicatum. Sequamur ergo deam Elotiam, id est; generosum nobilitatis caput, quo ipsius ductu hæreditario, quem Mineruæ nomen significat, veniamus ad supremam illam & nobilem oblectationem, quam Elyffus nomine suo profiteretur. Quando nunc clarissima in Arcadia Elyffi vestigia demonstraui, & eorum cum præficus Lusitaniam monumentis conuenientiam, & vtrobiusque Lusitaniam populi Eponymus vnà cum aliis multis indiciis reperitur; non video quid vterius queat ostendere quo minus concludam, nobilissimum hunc heroem à Mose celebratum primum fuisse Hispaniæ, si non totius, at saltem magnæ partis conditorem. Quo fit, vt si qua gens de primi regionis in qua nata est incolæ claritate possit gloriari, nulla hanc

Myrtilus qui fuerit.

Μυρτ-ηοτ Θεοτ.

Minerua frenatrix in Peloponeso culta.

Corinthij Κορ.

Minerua Ellotia vnde dicitur.

sibi laudem magis debeat arrogare; propterea quod non ab antiquissimo tantum Nochi pronepote nomen ducat, sed ab illo etiam qui ab ipsa nobilitate faustissimo omine fuerit nuncupatus. Verum si mihi credent, cui Eponymi sui notitiam acceptam ferre debent; non tam de illustri stemmate gloriolam aucupabuntur, quam totis viribus annitentur, ne maiorum splendorem tenebris, decus ignominia, generosos animos vilitate, omnia denique præclara virtutum nobilissimarum ornamenta turpi vitiorum foeditate conspurcent.

LIBER V.



Tarfes alter
Hispania co-
ditor.

Tarfis nomi-
nis etymon.

Car.
Tat.
Tat.
Tat.

Dec.

Hebraeorum
non sermo
tantum, sed
& litterarum
pronuntiatio
corrupta.

HPLICATIS iisque de primo Hispaniæ conditore dicenda videbantur, tempus est ut ad alterum transeat oratio. Hunc Tarfen, siue Tarfum maui, Elyssi fratrem fuisse, semel atque iterum indicauit. Inuestigamus itaque principio qua de causa ab Ione patre suo hanc acceperit nomenclaturam. Dixi maximi natu filij Elyssi nomen à summo bonorum ductum fuisse, quod nobilissima excellentissimaque voluptate definiti. Quoniam autem Ion sciebat eam sibi à patre sortem contigisse, ut insularum habitator & esset & diceretur, videbat sibi nullam generosam voluptatem à liberis suis percepturam, nisi navigationibus totos sese dedicarent, quod Nochi & Iapeti & suæ etiam satisfacerent voluntati. Ut ergo eius rei admonitio perpetua esset, secundum filium Tar-see nuncupauit: cuius vocis ratio triplex reperitur; altera ut Car idem sit quod audeo, & Tarsee audax ad mare transeundum vocetur; altera, ut Car idem sit quod calco, de qua notatione Car-see is diceretur qui mare calcaret; tertia, ut Car non aliud sit quam moror, & Tarsee is qui in mari moratur. Triplex enim hæc est ipsius Car notatio, tota dependens à contraria voce Tat, qua celere ac velox denotatur; cuius origo est Ta, de natura elementorum vibratam indicans motionem; quæ qualis sit, vibrata hasta atque deinde coniecta demonstrat. Huic Ar aduersatur, tarditatis habens notationem; à quo Ar pro terra ponitur; à quo Hebræi suum mutuatur פרא sibi, cuius perinde atque. Alemanni amâtes sunt, adiecto. Prolixus siam, si doctam ex eodem fonte ad Græcos & Latinos non pauca vocabula manasse; in quibus sunt Aro, Arura, Aruum, & alia complura. E nostro autem hæc sermone ad alios venisse proprius linguæ nostræ character docet, tum is qui voces primas ad elementa analytica rectæ significationis demonstratione deducit, uti in Ta patefecit; tum is qui contrario litterarum ordine contrariam vocis adfert notationem, quod in Ta & Ar, Tat & Car licet videre. Ad has igitur origines confusa, aliarum linguarum vocabula reducuntur necesse est, si primam notationis causam rimari velimus. Quid Terra significet norunt Latini, at cur significet ignorant: similiter quis Tardus sit, non tardè intelligunt; sed qua de causa sic dicatur, vel tardissime vel numquam docebunt. Quod Arar Lugdunum secans mira tarditate progrediatur, Cæsar annotauit, sed cur nomen hoc flumini datum fuisset, non agnouit, tametsi causam in manibus haberet. Verum hæc alibi tractanda. Car itaque significat pedem in terra figere, quasi te art, id est, ad terram, dices. Deinde tardare siue morari, propterea quod ipsum Tat conuertat. Quia verò animus fortis & generosus omnem formidinem ceu pes terram conculcat, vocabulum Car pro audeo usurpamus, vnde Ταρρα Græcorum, & inde propagata vocabula. Car-see igitur fuerit qui mare calcet, & in eo diu moratur, & ad id faciendum animum habet imperterritum. See vocali longa, quam nos duplici figura propter duplex tempus notamus, quoduis mare designat. Videmus modò Tarfes bene per Tau, non per Theta scribi; & quia Iosephus annotauit Tau Hebræorum adspirationem semper habere, intelligimus iam olim non sermonem modò, sed litterarum etiam pronuntiationem apud Hebræos corruptam fuisse. Quis non videt Tau Græcorum è Tau Phœnicum deduci, & idcirco elementorum eundem apud vtramque gentem sonum fuisse, quem vel Hebræi vel Chananeæ postea corruerunt, Thet pro Tau, & Tau pro Thet perpetuam effertentes; quod ut obiter notare Iosephus coëgit; qui putauit apud Græcos non bene

bene citra aspirationem Tarfos pronuntiar: vnde factum est ut hunc errorem secuti plerique omnes Tharsis eum adspiratione scribant. Græci è nostro Car pro Audeo Ταρρα fecerunt; sed dum è Car pro Calco ταρρα dicitur ad plantam pedis denotandam, Tau feruarunt. Sed hæc minutiora quam ut sint nobis curanda, lubenter ommitterem; nisi graues etiam viros cernerem id genus annotationes minimè contempsisse: quibus si licuit peruersam tueri pronuntiationem, fas nobis sit ipsam vindicare veritatem. Stephanus olim Tersion dici solere scribit, atque à ταρσωνιων, quod ἀναξινεωνιων interpretatur, nomè habuisse; eo quod Taurus, cui adiacet, primùm ex aquis emerferit. Verum quid ciuitati in plano iacenti cum Tauri verticibus, ut his exsiccatis nomen acceptum ferre debeat, cum interim ipsa perenni flumine irrigetur? Quod autem Tersum fortasse quisquam scripserit, nostra non interest: & idem alioqui nobis Car & Ter significat, atque ad eò hoc non minus quam illud usurpamus. Verum nec de nomine, quod Moses ipse prodidit; nec de eius significatione, quæ nobis est clarissima, dubitamus. Dionysius Thrax etymologiam ad Bellerophonis casum retulit, cuius Tarsus illis ac fractus nomini dederit causam. Alexander Polyhistor Pegasum hinc cecidisse cum Bellerophonte, ac plantam pedis, quæ Tarfos vocatur, sibi fregisse dicit. Tarsus enim inter alia plantam pedis notat, à nostro Car, quod est calcet. Alij aiunt fructus hinc primùm exsiccari cœpisse, atque ita ad usum reponi. Nos hæc omnia vti friuola & fabulosa reicientes, ab ipso conditore secundo Ionis filio nomen ducimus. Græci, in quibus Strabo, Tarsum Argiuorum coloniam esse scribunt, in eo perinde atque ceteris errantes; quibus asserunt ex Peloponeso in Asiam primam atque antiquissimam gentium commigrationem contigisse, cum nos contra rem habere demonstramus. Ex eo tamen quod de Argiuis dicunt in eam adducor opinionem, Argiuis à Tarsio in Peloponeso fratris regione conditos olim fuisse, & quod boni & innoxij vicini essent, nomen accepisse, quo eius perpetuè moneantur, ne quid mali contra quempiam committerent. Arg enim idem est quod malitiosum & fraudulentum, ceu Ar-goet diceretur; quod est Arg. bonum remoror & impedio: & inde per apocopen Arg. Hoi verò caueo significat; vnde Arg-hoi idem est quod caue ne quid malitiosi vel tu committas, vel alius tibi fruatur. Argos autem Hippicum dicebant ab equorum præstantium copia, quos Tarfes fratrem imitatus videtur primus eò intulisse. Sed de Argo & eius etymologia latius fortasse post fuerit differendum, propter variam eius apud Græcos notationem. Est & aliud opidum in Bithynia Tarsi nomine, vt Demosthenes in Bithynicorum altero tradit. Quadratus tertio libro Parthicorum vicum Tarsam commemorat in Euphratis ripa situm, quæ loca à Tarsentibus condita arbitror. Herodotus Cilices omnes à Cilice Phœnicæ Agenoris filio genus duxisse scribit. In Hieroglyphicis docui Nochum Agenorem à Phœnicibus vocari, & Iapetum eius filium Cadmum: cuius cum Ion filius sit, & Tarfes nepos, dicendum fuisset Ciliciam ab Agenoris pronepote conditam fuisse, si verum quidem est; vt est verissimum, Ciliciam à Tarsè primùm occupatam fuisse. Cur autem Tarfes Cilix sit vocatus, & ab eo tota regio Cilicia; breuiter nunc exponendum videtur. Tat vocali longa, siue Tat diphthongo pronuntiatum, nobis ipsum infimū nauis fundamentum significat; quod nauis hoc ipsum est quod homini & ceteris animalibus spina dorsi: Tat autem idem est quod connecto atque firmiter coniungo; vnde Tat-herjt is dicitur qui nauium spinam coniungit atque firmat; qua in re primum est nauium robur. Nunc vt è herjt nostro sit Rex Latinorum, & è Merjt Merx, & è herjt Fex; ita è Tat-herjt Kilix, reiecta media adspiratione mollioris compositionis gratia: & hinc, e in i mutata, Kilix. Nihil igitur aliud Cilix est quam nauium fabricator, siue naupegus. Cedo nunc an non aptissimum hoc sit cognomè ei qui audax maris calcator à patre fuerat nuncupatus? Quam verò sui similes habuerit posteros, omnium historiographorum testificatione constat, quos si consulas, cognosces nullam vllis seculis gentem à re nauali magis instructam fuisse. Tanto enim maris studio tenebantur, vt post honesto mercatu relicto, pirata euaserint omnium qui vniquæ fuerunt nobilissimi: quod vt infinitis veterum scriptorum locis declarare possim, vno tamen contentus insigni ero, quem è Plutarcho petam verbis Latinis Xylandi ad huc modum in vita Pompeij loquente: Prædonum, inquit, maritimorum manus primùm à principio temerario & occulto exorta è Cilicia eruperat: post Mithridati in bello contra Romanos operam na-

Tarfus urbs
vnde nomen
acceperit.

Argiuorum
conditor est
etymon.

Arg.
Hoi.

Argos Hip-
picum cur
dictum.
Tarsus alio-
qui in Bithy-
nia.
Tarsus in Eu-
phratis ripa.

Cilicia pri-
mum à Tarsè
occupata.
Tat.

herjt.

Cilix cognom-
en cur Tars-
si tributum.

Cilices pirata
nobilissimi.

uando maiora animo facinora agitare cœperat: inde Romanis ciuilibus in bellis ad ipsas vrbes portas inter se decertantibus, mare præsidio omni nudatum, occasionem iis ita vires suas augendi potentiaque proferendæ præbuit; vt non iam nauigantes solum infestarent; sed insulas portò & vrbes maritimas excinderent: Iam & opibus potentes & genere nobiles & prudentia præstantes socios se piratarum latrocinii, tamquam rei gloriosæ, adiunxerant. Itaque passim naualia erant piratarum, & speculæ maris munitæ, classisque occurrebant non classiariorum tantum fortitudine peritiuæ gubernatorum aut velocitate & agilitate nauium ad institutum suum præclare instructæ; sed & inuidiosa in eo apparatu superbia plus quam terror ipse molestiæ adferebat; quasi luxuriantes & ostentantes sese maleficiis. Tum omnibus in littoribus fistulæ, cantilenæ, crapulæ, principum personarum rapinæ, & captiuarum urbium redemptiones, Romani erant imperij opprobrium. Naues illorum plures quam mille fuerunt capræ; vrbes supra quadringentas, delubra etiam ad id vsque tempus sacrosancta & intacta exciderunt, Clarium, Didymæum, Samothracium, Proserpinæ quod est Hermione, & Æsculapij apud Epidaurum, Isthmicum, Tænarium, Neptuni in Calauria, Apollinis vnum Actij, alterum Leucade, Iunonis in Samo, Argis & Lucania; in Olympo etiam peregrina quædam sacra ritusque arcanos peregerunt, ex quibus adhuc Mithri sacrum permanet prius ab eis demonstratum: Romanis verò plurimum per libidinem insultauerunt; ac præterea digressi à mari prædationibus eorum itinera infestauerunt, marique propinquas villas exciderunt. Duos quoque aliquando prætores rapuerunt, Sextilium & Bellinum; & prætextatos eos vnâ cum ministris abduxerunt. Ceperunt & Antonij triumphalis viri filiam rus euntem, eaque magna redempta est pecunia. Summæ autem fuit quod referam petulantia: Si quis ab ipsis captus Romanum sese esse vociferaretur, nomenque ederet; perterritos se sibi que metuere simulantes femora percutiebant sua, supplicetque ei facti veniam flagitabant, & qui ita humiliter deprecari eos videret, ferid agere putabat: Interim alij calcæos ei subligabant, alij toga amiciebant, vt ne in posterum iterum Romanus esse ignoraretur: Postquam ludibrio hominis tandem saturati essent, medium in mare scalam protendentes abire iam tum ac valere iusserunt; & si quis descendere nollet, vi impullum miserunt. Ceterum ea piratarum classis vniuersum propè mediterraneum mare obtinebat, omnisque eod mercatores arcebantur. Quapropter annonæ caritate pressi, maioreque in posterum metuentes difficultates Romani, Pompeium ad liberandum piratis mare emittendum cogitauerunt. Hæc Plutarchus, apud quem plurimis locis reperias Cilices de nauigandi peritia celebrari. Quoniam verò piraticam & mercenariam militiam ferè semper exercebant, & toti cuius lucro quauis ratione quærendo, perpetuò inhiabant, mores ipsorum in proverbium abiuerunt ad crudelitatem & imposturam denotandam. Dicitur enim, *Cilix haud facile verum dicit*: tum & *Cilicij imperatores*, & *Cilicij sermones*, & *Cilicium exitium*, in adagijs habentur. Hinc eleganter Cilicis nomen interpretari queas, *κίλις* — *κίλις* id est, nauem leuo siue exonero, eo quod aliorum naues mercibus spoliarent. Verum absit vt de Tarso primo Cilice sic cogitemus, quem Ogenia probitate præditum fuisse nihil cenleo ambigendum; tamen si ipsius posterij paulatim, vt fit, à mercatu & quæstu honesto ad turpe & infame lucrum sint prolapsi. Nec Tarso ciuitati præcæ laudis vestigia multis post seculis defuerunt, è quibus facillimè colligas qualia prima fuerint gentis instituta. Strabo enim in hac vrbe philosophiam & omnia vniuersi disciplinarum orbis studia ita floruisse scribit, vt Athenas, Alexandriam, & si quæ alia sunt loca liberalium artium exercitatione nobilitata, longè superauerit. In qua & illud fuit singulare & præcipuum, quod liceat in alijs ferè vrbes litterario ludò celebratis non tam ipsi indigenæ quam exteri excelluerint; hæc tamen contra euenit, vt ipsi ciues euaserint præstantissimi: inter quos cum alij, tum posterioribus etiam ætatibus floruerunt Antipater, Archedemus, Nestor, duo Athenodori, quorum qui Cordylion dictus est, cum M. Catone vixit, & ad mortem vsque suam apud ipsum permanit; alter verò Sandonis filius, quem à vico quodam Cananitam vocarunt, Cæsaris præceptor fuit, maximo apud eum habitus in honore: à quo domum reuerfus, patriam à Boëtho malo poetâ, & peiore ciue, pessimè tractatam liberavit. Hi omnes Stoici fuerunt, præter Nestorem Academicum;

Cilicij in Romanos insignis cœtum lin.

Tarsi omnium disciplinarum genera floruerunt.

Athenodorus Cananita præceptor Cæsaris.

academicum; qui Marcellum Octauia fororis Cæsaris filium docuit: qui deinde post Athenodorum ciuitati suæ præfuit. Fuit & Plutades & Diogenes non philosophus tantum, sed Tragœdiæ etiam scriptor: Inter Grammaticos Artemidorus & Diodorus nobilissimi habentur. Celebratur Dionysides vti optimus in tragœdijs componendis poetâ. Præter hos, infinitos alios fuisse Tarsenses cum alibi, tum maxime Romæ ab eruditione nobiles Strabo testatur. Quid quod Chrysippus etiam Cilix fuit, patre natus Tarsensi: Iam & Philemon Comicus, & Aratus qui cælum nobis carmine depinxit, Cilices fuerunt. Nec omittendus Athenæus philosophus, qui Romæ floruit, ruina domus tandem oppressus & exstinctus: cui accedit æqualis ætate Xenarchus, qui Athenis & Romæ docuit, & inter alios Strabonem discipulum habuit virum de omni historia quam optime meritum: Hi quamuis Tarsenses non essent, Cilices tamen fuerunt. Verum horum omnium splendorem D. Paullus gentium lumen longissime vicat, qui Evangelicæ veritatis doctor philosophos confessus est illos quidem Dei notitiam ex operibus ipsius sibi comparasse, at quem nouissent non vt Deum honorasse, & ea de causa nihilo plus salutis quam si nihil didicissent, animis suis attulisse. Merito Tarses primus gentis conditor & Eponymus hoc suo ciue potest gloriari; quippe per quem omnes Ionis posterij cælestem philosophiam acceperunt, nec hi soli, sed omnes etiam pariter Christiani. Diuinitus profectò contigisse mihi videtur, vt Ianigenarum doctor in ea ciuitate nasceretur quam Iani nepos condidisset, & de nomine suo nuncupasset. Quamuis igitur Cilices malè de maritimis latrociniijs audiuerint, videmus tamen clarissimas virtutum faces è Tarso toti orbi affulsisse, & inter has vnam quæ splendidissimo suo fulgore omnem idolomania & veteris ignorantia caliginem & discussit, & dum vllierunt mortales, numquam discutere cessabit. Tarsum mediam fecat Cydnus fluius frigidissimus & rapidissimus, hominibus iuxta ac iumentis salutaris; qua de re nomen datum videtur, cum *κίλις* — *κίλις* nihil aliud significet quam id quod gregibus utile est, vt quiuis nostratum intelligit. Is in stagnum influit nomine Rhegma, in quo naualia quondam fuerunt Tarsensium. *Rhegma* nobis significat commoditatem cuiusuis rei apparandæ & perficiendæ, quo fit, vt à nauium compingendarum & interpolandarum commoditate stagnum hoc Cydnum recipiens & in mare exonerans vocaretur. Sunt tamen post Sida quoque Pamphylia vrbe ad naues fabricandas Cilices vsi; quas rot sibi compararunt, vt Pompeius mille trecentas exusserit, præter eas quas P. Seruilis Isauricus ipsis ademuit. Vt autem piraticam exerceret, in causa fuit cum illud quod Plutarchus exposuit, tum etiam opportunitas mancipia è Syria capiendi; & ea in Delo Romanis, qui iam ditati excisa Carthagine & Corintho plurimis utebantur, vendendi. Tanta enim Deli tum temporis emptorum erat frequentia, vt vulgò diceretur: *Mercator nauiga, expone, omnia vendita sunt*. Accessit his commoditatibus Syria regum ignauia, quos Diodorus Tryphon è Coracchio Cilicia castello in rupe præcipiti munito miris modis vexabat, donec tandè ab Antiocho Demetrij filio obsessus sibi mortè conficiuit. Materia itè Cilices plurima abundabant, cum Amanus præter alias arbores magnam quoque cedrorum copiam ferret. Tantam eorum olim potentiam fuisse Solinus prodidit, vt Lydis, Medis, Armeniis, Pamphylis, Cappadocibus imperarent, & littora omnia ad Pelusium vsque obtinerent. Tarses partem regionis fratri suo Cetino concessit, quæ Cetis inde nominatur. Ab hac distinxit Ptolemæus Citidem: Nos ad eundem vtramque regionem referimus conditorem, & discrimen in vocali vna non magni facimus, eo quod in vetustis & originis Græcis hominibus ignotæ vocabulis facilis esse soleat eiusmodi variatio. Est in Cypro quoque Cetium, quod alij Citium profecerunt, alij Cittium, dum Zenonem Stoicorum principem Cittiensem dicunt. Exemplar Strabonis, quo ego vtor, *Κίτιον* habet. Is quæ Ptolemæo in Germania anno quinquagesimo secundo post millesimum quingentesimum excuso annotationes addidit, scribit Straboni hoc Cypri opidū Cetium vocari. Homerus Cætos populos commemorat Eurypyli, qui Telephi fuit filius, socios. Strabo qui nam hi sint Cæti à poetâ dicti, se fatetur ignorare, quamuis in agro Elaitico riuum esse dicat qui in alios prius fluuios, deinde in Caicum incidat. Suspiciatur itaque Eurypylum locis Caico vicinis imperasse, & sub eo magnam Cilicum partem fuisse. Cum ergo per *Ἰταρ* apud poetam scribatur, & geographus hinc colligat Cilicum regem fuisse, nos hanc

Nestor Marcellum Octauia filium docuit.

D. Paullus Tarsensis.

Cydnus fluius nomenclaturans unde accepit.

Rhegma stagnum Tarsensium unde nomen habent.

Deli mercatores celeberrimi.

Cilicum potentia.

Cetis regio à Cetino Tarsis fratre nomen habet.

Cetium Cypri regio.

Cilicia Troiana.

scripturam in Cypro quoque opido tenebimus; eo quod clarè cernamus ad eundem conditorem Cetæos Ciliciæ, & Cetæos Cypro pertinere; Cilices item quosdam ad Troiam habitasse, & illic Thebas condidisse; qua de re intelligitur è Cilicia illic quondam commigrasse. Liqueat itaque Cetim Cetæos primos in continenti Asia condidisse, atque inde in Cyprum oppositam insulam colonos deduxisse, in qua Cetium opidum in ea est parte quæ Tripolim oppositam spectat. Aristarchus Mosaicæ historię & ipsius veritatis ignarus, Cetæos à Ceto nomen accepisse scripsit, immanem belluam marinam, quam Græcis significat, hoc nomine intelligēs; qua in re toto Oceano & mari mediterraneo aberrat. Equidem maiorem in modum gaudeo, & singulari voluptate perfruo, dum veterum Græcorum diligentiam videns quamplurima è sacris litteris addisco, ad quæ ipsi scriptorum sermonis sui defectu numquam adspirare potuerunt. Fuerunt qui, dum non viderent quam gentem Cetæorum nomine accipere oporteret, apud Homerum χητειοι legerent, quasi carentes dicerent. Quid multis? alij aliud somniarunt. Equidem nihil dubito quin Cetæi genus referant ad Mosaicum Cetim Ionis filium Elyssi fratrem. Ac non hoc tantum è diuino nostro historiographo apertum sit, quinam sint Cetæi è Cilicia ad Pergamenum agrum profecti, cuius nauale Elæa erat, vnde sinui Elæatico nomen; sed hoc etiam explicari potest, qui fuerint Alyzones à poëta commemorati, & à nemine hætenus satis cogniti. Quis enim non videat Elæam & Elidem eiusdem conditoris nomen referre, atque inde è cognatione colligi, Tarfes Cetimi & Eli posteros non in Cilicia tantum ad Amanum, sed in Cilicia etiam Troiana siue Elæatica ad Caicum ripas vicinos permistosq; inter se habitasse? Quod autem id magis credas, Ptolemæum consulas, qui te docebit in Cypro quoque non procul à Cetio non obscuram fuisse ciuitatem nomine Elæam, quam extremam vocauit; quod in vltima Cypro parte è regione Laodiceæ iaceret. Sicut igitur ad Caicum Elæatici & Cetæi, ita & in Cypro Cetæi & Elæatici vicini reperiuntur. Nec desuit in Cypro Elyssi posteritas, cum clarum filij ipsius in flumine Lyco extet monumentum; De Cilicibus autem Troianis Homerus loquitur:

Ἡετίων δὲ ἐναίην ὑποπλακίην Ὀλίαν
 Ἡετίον ὑποπλακίην, κιλίκιος ἀνδρῶν ἀνδρῶν.
 Eetion filius habitabat Hypoplacem hirtam,
 Reetor Hypoplacis Thebe Cilicumq; virorum.

Thebe ab Asibiis euersa.

Hæc Thebe in agro fuit Adramynteno, quæ Achilles euertit, vt alibi narrat Homerus, Λύρνησον διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης.
 Lyrnessum euertens, euertens mœnia Thebes.

Cum Telephus & eius filius Eurypylus circa Caicum imperarint, & in illis locis Cetæos Eurypyli socios Homerus celebrarit, & alibi Cilices in eadem ora posuerit, dicemus vel eisdem Cetæos & Cilices esse, vt Cetæi partem faciunt Ciliciæ ad Amanum, vel Cetæos & Cilices cognatos ad Caicum olim colonias deduxisse. Ex his modò de Alyzonibus hanc facio coniecturam, vt rear eos ab Elyssio & genus & nomen duxisse. Nec mirari debemus si per Alpha Homerus primam syllabam scripserit, quando & ipse Moses Aleph in principio eius ponat. Dixi *Et-lust* nobilem voluptatem denotare; quod si in *Al-lust* mutes, idem dixeris ac si dicas, Quicquid est, voluptas est; cum *Al* idem nobis sit quod omne. Sed quid his immoror minutiis? Si ex Elyssio Vlysses & Olysses fieri viderimus, quid miri si apud Poëtã Alyzon inueniatur, loco duplicis Sigma collocato Zeta? Habitarunt autem Alyzones in monte Olyza, cui nomen etiam est ab Olyssio. Cum igitur hic sit in Galatia, præter alios amnes Hallyn emittens & Parthenium flumina notissima, bene poëta procul eos aduenisse dixit. Alyba verò ex Alba factum est; quod nomen opido in monte sito conuenit, eo quod *Alba* montes nobis dicantur. Id cernas in Alba non procul à Roma, in Alba Hispaniæ, in Albania regione, de qua antea. Crediderim itaque in Olyssa quoque monte Albam fuisse quam Vlyssis filij habitarent, Alyssones ea de causa vocati, ceu *Et-lust-sonem* dicerentur. Mirum est quàm veteres sese in Alyzonibus & Alyba torserint, quorum controuersiam qui volet videre, Strabonem adeat. Nos Mosaicam veritatem cum Homero conferentes, non videmur procul ab Alyzonibus aberrasse, nominum ductu veluti Mercuriali manu vsi. At mons Olyssas, à Ptolemæo nominatus, à Strabone vocatur Olgafys, quem dicit altissimum & aditu difficillimum.

Alyzones qui è vnde genua nominantur dicantur.

Alyba.

Olgafys mons.

difficillimum. Eius partem vocat Sandaracurgium, aiens montem propter metallorum effossionem totum concauum esse. Alij Gigantem vocarunt, quia nimirum manus suas longissimè extendat, quod Gigantis nomine signari in Gigantomachia tradidi. Plurima in eo Paphlagonum fana visebantur, vt olim in excelsis ferè immolare consueuerunt. Hic itaque Alybam siue Albam olim fuisse credo ab Elyssi filijs siue nepotibus habitam, & toti monti nomen datum Olyssa. Et hæc quidem propter Cetæorum & Alyzonum & Cilicum cognationem. Sed quia Theben à Cilicibus conditam habitamque fuisse poëta indicauit, dicamus obiter quid voce hac, aliquot diuersarum regionum opidis communi, denotetur. Thebarum enim in Ægypto, Thebarum in Græcia, huius item Thebes vetustas satis declarat, vocabulum esse de prisco sermone interpretandum; quod in alijs vrbibus plurium numero, in Elæatica singulari effertur ab Homero. Nulla res est tam exigua aggredienda, vt non opus sit Deum omnium rerum caput inuocare; quod si verum est, quanto magis in vrbibus condendis & consecrandis? Non mirum igitur si cui placuerit vrbem eo nomine vocare, quo quibus moneatur Altissimum caput orari oportere. *Het-het-be* nobis significat ipsum caput ora, quod contrahimus consueto nobis more in *Thebe*/ reiecto Tau è medio, vt ex *Het-mel* facimus *Hemel*/ ex *Het-lem* *Hellam*, quorum prius cælum significat, quia caput summum reuelet, posterius galeam, quod ea caput celet ac defendat. Quoniam autem clarissima hæc nobis est significatio, & nomen Thebes antiquissimum; facile cernis quo is sermone in sacris vsus sit qui Theben indigitauit. Quid? an non Troia ipsa nostras habet vocabulum? *Trui* enim, vnde Troia, suum significat, vt alibi declarauit; quod animal immolabatur ad impetrandam omnium rerum fecunditatem, quæ est in hoc animali singularis. Troiæ autem arx Pergamus dicebatur, quo nomine & opidum ad Caicum fuit nuncupatum. Eustathius testis est ipsam arcem Troiæ sic nominari, tamen non rarò pars pro toto ponatur. Illud mireris quod dicat, quâuis arcem in edito loco positã Pergamum posse nominari. Mihi sanè mirum videtur vnde id didicerit, cum huius dicti veritas è solo nostro sermone queat declarari. *Berg* siue *Berg* apud nos idem est quod abscondo & tueor; quod quia loca alta maximè præstant, *Berg* pro monte ponitur, & hinc *Bergheim* domus est in monte collocata: vnde Pergamus arx Troiæ dicta, quod loco edito sita esset. Hinc & Pergæ Pamphyliz opidum in monte situm, & Bergomum in Italia, & Pergamum ad Caicum, quod & ipsum arcem in edito monte sitam habebat, qui in acutum apicem teste Strabone desinebat. Nobis siluæ etiam *Bergen* vocantur, eo quod & his homines sese aduersus hostium insultum tueantur. Hinc *Bergheim* apud Antuerpiam. Iam & turas nauium stationes *Bergen* nominamus, vnde opida quatuor non procul ab Antuerpia *Bergem* dicuntur quibusdam vocis distincta appendicibus. Quamuis verò hæc crebrius à me dicta sint, non putauit tamen nobis ab Elæatico agro ditcedendum esse; nisi Pergami etymologia Thebes olim vicina, nomen nostrati debere sermoni verisimile reddidisset, ac simul confirmasset primum arcis Troianæ conditorem, quisquis fuerit, nostrati lingua vsus esse: vnde liquere potest, omnes Iapeti posteros, qui Babylonicæ quidem turri struendæ non interfuerunt, purum putum nostratem sermonem habuisse, atque idcirco eum vterius ad ipsum Adamum pertinere. Porro quia occasione Tarsis Cetini feci mentionem, non abs re fuerit huius quoque nomen declarare. Cogor toties monere vt ferè pudeat, nostratibus familiare esse vt vocabula concidant, vt ex Elyssio *Et-l*/ vnde Elis, & *Lus*/ vnde Lusius, fieri dixi. Eodem modo è *Caithheim* *Cethem* per syncopen fecerunt: *Caithheim* verò nihil aliud significat, quàm si Latine dicas Muniens siue secludens amœnum caput, in ea loquendi consuetudine qua caput vocamus quamuis terræ oram nauibus appellendis, onerandis & exonerandis accommodatam, quam nostram phrasim Hispani & Itali à Gotis, qui nostra lingua utebantur, retinuerunt, Capo promontorium vocantes. *Caith*/ siue scriptura *Caith*, castigata *Caith*/ amœnum caput significat, vt aliàs declarauit; *Caithheim* igitur, vnde *Cetim* siue *Cetim* apud Mosem, is dicitur, qui amœnas terræ oras in altu mare protensas munit. Vides itaque nomine hoc admonitionem qua Ión filios suos docebat non satis esse maria quadaçter transire, nisi & capita quædam muniantur, vt & naues & merces in tuta queant esse statione & custodia. Integritas huius nominis belle seruata est in *Caitha* Italia, qua vix vllum amœnius promontorium cernas; adeo vt aptissimè in

Sandaracurgium. Gigas mons.

Thebe vocis etymon.

Hemel. Yellam.

Troia nominatur.

Pergami nominis ratio. Bergen.

Cetini notatio.

Caith.

Caitha.

ipsum quadret nomen. An verò Ceteimus Caietam an Cimmerici condiderint, parum curo; quando quidem video multis locis Iapeti posteros permittos habitasse, ut ex iis quæ modò dixi quibus perspicit: ac cæteroqui ipse loci situs nomen hoc meretur, à quocumque tandem impositum sit. Sed satis modò diu de Ceteimo verba feci, redeat Tartes primus Cilicum conditor, quem siue Tarsen siue Tarsum nomines, sùsque de que fero, modò vera nominis ratio de sermone nostro petatur; in quo Tartes quidem audacem & diuturnum maris significat calcatorem: Ceterò verò nauium compactorem. Quia igitur naues prius compingendæ quàm mare calcandum, Ciliciam totam vocabant regionem, Tarsi nomen vni soli dedit ciuitati. Ciliciæ autem in Syriam exitus Ifsus vocatur à nostro vitiss/ quod significat egredior. Si enim, siue Ti/ idem est quod eo: vnde Tit vocabulum circulare pro tempore semper eunte habemus. Tit autem per diphthongum eam quæ est in Harpua pronuntiatum, idem est quod Extra: Hinc Vitalus cum diphthongo eadem hominem significat externæ linguæ, vnde post Italus dictum est. Oenotriam enim siue Ausoniam Italianam vocarunt Cimmerici, cum viderent eam externam linguam, siue alia ab ea qua Ianus vsus fuisset, vntem. Vitiss/ igitur, & more Alamanico siue Suenico Vitiss/ idem est quod egressus. Vnde diphthongo in I commutata fit Issi, & inde Issus. Hinc apud Francos Romanifantes dicitur Issue pro exitu, & l'huïs porta, & inde Huissier portarius. Hoc annotare placuit, tum vt nobilissimo finui & ciuitati ad exitum Ciliciæ collocatæ nominis ratio constaret, tum vt veteris linguæ vestigia cernerentur; qua, vt olim Cilices, ita post Franci in Germania vsi fuerunt. Quæcumque enim vocabula hodiernus Gallorum sermo à Latinis non accepit, ea retinet è præca vel Gallorum vel Francorum lingua; quæ qualis fuerit, in Gallicis & Francicis meis ostendi. Issica ora nobilissima facta est ab insigni Alexandri Magni contra Persas victoria; nec minùs apud eruditos torus ille Amani & Tauri tractus celebratur de Ciceronis præfectura, qui se iactat à militibus ibi Imperatorem fuisse celebratum. Amani nomē in Arcadiis fortassis explicabo, loco nimirum opportuniore. Nunc è Cilicia oram soluiamus, vt secundis ventis in Hispaniam nauigemus: An Tartes & Elyfusus simul in Hispaniam appulerint, vt antè dixi, an verò post fratrem, non magni refert nouisse: equidem in veteri persico sententia, eo quòd non videam cur non potius simul quàm separati dicantur profecti fuisse. Credo enim Nochum illis imperasse vt coniunctis viribus & nauibus littora circumirent, secundum eam rationem quam Homerus attigit, σύντε δὴ ἐρχομένω, quòd videlicet alter alteri, si qua in re opus esset, suppetias ferret, quia variæ nauigantibus occurrunt necessitates. Elyfusus ergo fratri suo minori locum assignauit optimum, commodissimum, omnium quæ rerum humanis vsibus necessariarum copiam largo cornu effusurum ad ipsum fratrem maris mediterranei, quò Africa ab Europa in occidentali plaga separatur. Totam enim regionem quæ mari interno & Oceano & Bæti flumini adiacet, Tartes de nomine suo Tartesum nuncupauit, adiecto articulo nostrati in medio, quo nomen à Tarso Ciliciæ distingueretur. Nihil tamen minùs ab Asiaticis & Syris Tartes nominabatur, tum quia articuli vsus ignorabant, tum quia Tartes vocabulum à Tarso vicina notius vsitatiusque haberent. Et fieri potest vt tota regio primùm Tartes fuerit nuncupata, & inde opidum Tartesfusus articulo ad distinctionem adiecto, quòd mihi quidem magis arridet, tamen si Græci id ignorarint. Nam in sacris litteris, vt mox latius docebo, totam regionem regnum Tartis nominari videmus. Græci Tartessum tum flumen ipsum Bætim nuncupatum, tum urbem Tartessum vocarunt. Sic Stefichorus, quem Strabo testem laudat, de armento Geryonis cecinit:

Δίον ἤδ' ἄνθη δὴν ἄνθηρας κλεινὰς ἐρυθίας,
 Ταρτες εἰς ποταμὸν ὠδὸν πηγὰς ἀσπέεσνας
 Ἀρρυσελίου
 ἐν κρυμμένων πύξαις.

Quoniam genitum sit è regione non procul iacentis illustris Erythiæ, iuxta fontes infinitos Tartesfi fluminis, qui argenteas radices habent in antrorum rupibus. Opidum inter duo Bæti ostia quondam habitatum, & ei Tartesfi fuisse nomen Strabo asserit: Eratosthenes regionem Calpæ vicinam Tartesfiam vocari scribit, & Erythiam iuxta esse insulam eximie felicitatis. Geographus credit Tartarum à Tartesso nomen habere,

Issus Cilicia
 in Syria exitus
 unde nomen accepit.
 Ti.
 Tit.
 Vit.
 Italia etym.

Issus.
 l'huïs.
 Huissier.

Tartes quæ
 loca in Hispania
 temeris.

Tartesfi regio
 et urbs
 in Hispania.

Tartesfia.

habere, quod nos minimè ipsi assentimur, vt de vtriusque vocis interpretatione iam iam liquebit. Tartes & Tartesfi idem nobis significat, illud quidem calcatorem maris, hoc calcatorè ipsius maris notat, adiecto articulo nostrati Tars. quod discrimè quantulum sit, quamq. parum faciat ad significationis & compositionis diuersitatē, cuius fuerit manifestum, si vocabulū Græcum faciat eiusdē notationis. Tartes enim θαλασσοπατηπιδος erit, Tartesfi verò πατὼν τῶν θαλασσῶν. Porò Tartarū locus inferorū dicitur ea de causa, quòd circa terræ infima esse dicatur, quàm longissimè distans ab omni motione. Cum enim terra simpliciter Terr vocetur, eo quòd tarditate sua in medio deuinciatur, rectè infernus, qui terræ medium occupat, eo dicitur nomine quod geminæ tarditatis habet notationem. Cum igitur Tart ipsi fiat, quod est celere, contrarium sit, vt dixi, Tartar bis fuerit contrarium, & Latine Tardum tardum redderetur. Verùm nobis copiosa geminæ tarditatis ratio est, vna, quòd infernus, vt dixi, in tardissimo elemento tardissimus sit, vt centro immobili proximus; altera, quòd mors omnia conculcet; tertia, quòd eos quos mors conculcauit, perpetuò in inferno demoretur; quartò, infernus solos tardos & iam mortuos conculcet, à cuius calcibus solus Christus potest liberare, nos vnà secum, excussa omni tarditate peccatorum, in cælos attollens, & Patri suo sistens. Tarditas ergo omnis nobis fugienda: & quia terra tarditatem colligat, terrena omnia relinquenda, ne nos ad vitam æternam euntes demoretur. Primus homo, inquit Tartensis noster, de terra terrenus, secundus homo de celo caelestis. Relicto igitur terreno homine, vt tardo, caelesti homini, qui est Christus, nos vniamus necesse est, si à Tartarò liberari velimus, vt toto corde velle debemus. Sèrpens homini inuidens, calcaneo ipsius insidiatur; id est ipsius terræ quæ Ates inuidiæ veluti agger quidam obicitur. Pars enim hominis terræ, tarditatis matri, proxima tarditatem mentis nostræ cacodæmoni expositam denotat, quæ fecit vt Eua Deo non credens lethali draconis veneno periret, ac Tartarò ipsi obligaretur; in quo perpetuò mansisset, nisi secundus homo, qui caelestis est, eam morte sua redemisset. Sic iniquitas calcanei dicitur peccatum, quia omne peccatum ex parte hominis terrena nascitur, vt ex D. Pauli Tartensis comparatione clarum. Eodem modo Virgilius omnem vitæ motionem cælo tribuit, & contra terræ adscribit omnem tarditatem, dum sic canit:

Ignis est ollis vigor, & caelestis origo
 Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
 Terreniq. hebetant artus, moribundaq. membra:
 Hinc metuant cupiuntque, dolent gaudentque, nec aur ad
 Respiciunt, clausa tenebris & carcere cæco.

Tarditatis ergo huius terrenæ, è qua Chauæ incredulitas & diffidentia nata est, & omnis cæcitas à Virgilio depicta, symbolum calcaneus est, tum quia terræ proximus, tum quia est pars pedis postica, & idcirco ab oculis, quibus videmus, auersa. Græci Tarsi nomine plantam intelligunt, quæ & ipsa terrenæ tarditati proxima, & ided à Tart nomen, dum Deus serpenti dicit, Tu insidiaberis calcaneo eius; vt pote qua tantum conditur mysteriorum. Tarditas ergo nostra nos ad Tartarum detrahit, haud secus ac calcaneus terram petit. Eodem Christus respexit dum dixit, O stulti & tardi corde ad credendum! Vide nunc quàm Tartarum insignem habeat nobis significationē, eodem modo compositum vocabulum quo nomen Arar ad annem tardissimum denotandum; cuius frustra ex alia lingua ratio queratur. Quo si Tartarum velimus effugere, tarditatem omnem excutiamus; & verum Mercurium tam nobis propitium reddamus, vt talaria calcaneis nostris adfigat, quibus sublatis à terra & Tartaro eius meditullio, in cælum euolemus. Ex his manifestum fit, Tartarum non à Tartesso; sed ex eodem tamen fonte duxisse nomen; licet alia de causa, atq. ea quam Strabo suspicatur. Gratias tamen illi habeant lectores, quòd mihi vocis huius interpretatæ & eximij symboli explicandi dederit occasionem, & Deum orent, ne ad Tartarū nostra tarditate deprimamur. Quòd Tartarum autem Tartarum circa terræ centrum esse dicam, & ided nihil vel profundius eo vel tardius inueniri, id satis indicauit Homerus poëta hyperbole rem augens:

Ἡ μὲν ἑλὼν ῥίψω ἐς τὰ ῥέεθρα ἠεθεντα,
 Ἴθλε μάλ' ἢ χε βάλουσι ὑπὸ χθονός ἐσι βέρεθρα.

Terra quòd
 tarditatem
 colligat, terrena
 omnia
 sunt relin-
 quenda.

Calcaneus
 terræ tan-
 ditatis sym-
 bolum.
 Tarsi plantam.

Tarditas fugienda.

Tartarus
 cur circa terræ
 centrum esse
 dicatur.

Εἴθε

Εἴθε σὺν ἡμετέροις πύλαι καὶ χαλκίος ἄσδος,
 Τόσσον ἔνεργ' αἰδέε, ὅσον ἕξαμῶς ἐς ἄπο γαίης. id est,
 Aut ipsum arreptum dimittam ad Tartarum atrum,
 Hinc procul est ubi sub terra declive barathrum,
 A Ere pavimentum stratum est, est ferrea porta,
 Inferno inferius quantum terra est ab Olympo.

Virgilius sic est imitatus:

— Tum Tartarus ipse
 Bis patet in præceps tantum, tenditq; sub umbras
 Quantus ad ætherium cali suspectus Olympum.

His mox succinit:

Hic genus antiquum terræ Titania proles.

Vbi rursus indicavit, terræ filios terrenis perturbationibus semper depressos ac tardatos propriam esse Tartari possessionem; quod addo, vt Tartari & Terræ cognatio tum in rebus ipsis, tum nominibus magis magisque intelligatur. Suspicio sanè pœtam Mantuanum subodoratum fuisse, Terræ naturam bis in Tartaro exprimi, & nihil aliud esse quàm Terræ terram, id est, vt terra in toto vniuerso infimum est, ita Tartarum infimū est ipsius terræ, cuius nomen à *Tar* etiam nostrati deriuatur. Quam autem procliuis sit ipsius a & e permutatio, in *βερθρη* & barathro videbis. Porro quod Tartarum ad occidentalem Oceanum ponant pœtæ, credidit Strabo à Tartesso Tartari nomen manasse. Dum de Elyfso agerem, caussam huius rei indicaui. Quoniam enim morientibus nobis Sol æternum nobis occidat, & mox à morte ad vmbraꝝ sedes ablegemur; rationi consonum est vt in occidenti & Tartarum & Elyfius campus ponatur, & reliqua omnia quæ post vltimum nobis Solis occasum accidere dicuntur. Socrates cicutam iam iam biberurus Tartarum prolixè descripsit, in tres sedes omnem mortuorum regionem partitus; Purgationis locum, Beatorū sedes felicissimas, & Tartarum: verum hæc parū faciunt ad nostrum institutū. Fortunatæ insulæ, à priscis magis decantatæ pœtis quàm aut cognitæ aut descriptæ, beatorum insulæ habitæ olim fuerunt; quas Pindarus *μακρόγον νείσους* vocauit, è quo sequitur & Tartarū circa hanc mundi plagam introitum in pœtarum fabulis habuisse. Siue autem Tartarus siue Tartarum, siue Tartara efferas, nihil refert; cum terminatio nihil faciat ad etymologiam. Redeo à Tartaro ad Tartessum. Quoniam Tarsus & Tartessus eiusdem sunt & originis & significationis, & Tarsum constet à Tarsē conditam esse, dicemus Tartessum ab eodem & principium culturæ, & nomen accepisse. Celebratur apud veteres Arganthonius Tartessiorum rex, cuius liberalitate & pecunia Phocenses muros vbi suæ struxerunt, firmos illos quidem aduersus omnem arietum vim, at nihil tamen profuturos aduersus Harpagum Medorum ducem, qui Ionum vrbes expugnauit, aggere exterius mœnibus æquato. Arganthonium Herodotus scribit centum viginti annis vixisse, octoginta regnasse. Anacreon se dicit nec Amalthææ cornu optare, neq; centum quinquaginta annis Tartessi regnum tenere. Meminit eiusdem Lucianus, eos enumerans quorum longa ætas digna visa est admiratione. Pomponius Mela in sinu Calpes Carceiam collocat, quam quidam putarent Tartesson fuisse; è quo & Strabone collatis coniecto duas olim vrbes Tartessi nomine dictas fuisse, & illam quam Bætis duo ostia complecterentur, & alteram eo loco vbi nunc est Tarifa. Sed nos cum Eratoſthene totam regionem Baticam Tartessiam dicemus: nec mirum est & opido cuiuspiam & toti regioni idem nomē dari, cum id nostra quoque ætate videamus euenire cum alibi, tum in Iuliaco & Geldria: quorum nominum vtrumque commune est & regioni & ciuitati. Stephanus eius Tartessi quæ ad fretum erat, non meminit, verum alterius dumtaxat, quæ inter Bætis ostia iacens, ab antiquo fluminis nomine Tartessus diceretur. Apud Polybium Tarsæion opidum legimus, & inde Tarſeitas populū. Stephanus Tarsæion ad Herculis columnas ponit, & ciues eius ætate sua Tarsenos vocatos dicit: vnde coniectio Tarsæion dici cœpisse ad discrimen Tartessi eius quam Strabo & Stephanus ad Bætim collocarunt. Videmus ergo in Tarsæio & Tarſeitis siue Tarsenis clarissimum Tarsæi monumentum, atque adeò propius ad veram nominis *Tarſe* rationem accedens quàm Tarsus. Non video itaque cur non debeam constantissimè asseuerare; regnum Tarsis in sacris literis

Tartarus cur ad occidentalem Oceanum à pœtis collocatur.

Mortuorum regionis distributio.

Arganthonius Tartessiorum rex.

Carceia. Tartessi nomine duæ olim vrbes appellata.

Tarsæion.

Regnū Tarsis in sacris literis.

noa

non aliud esse quàm Tartessiam regionem siue Baticam. Quanta huius quondam fuerit felicitas, latissimè Strabo declarat. Opidorum, inquit, ingens numerus: Nam ducenta esse prædicant, quorum illa celeberrima sunt quæ ad amnes ædificata sunt, aut alioquin ad æstuaria & mare, propter rerum commoditatem. Enumeratis deinde aliquot vrbibus ac Bætis navigatione, amœnitate camporum adiacentium, diligentissima agrorum cultura, elegantiarborum per ordines dispositione descripta, subdit Geographus: Dorsā montium æqualibus inter se spatiis distantia ad flumen pertinent, alibi magis alibi minùs ad Boream vergentia, plena metallorum. Plurima autem argenti vis est in Ilipæ finibus, & circa Sisaponem tum antiquum tum nouum vocatum. Ad Cotinas nauigantibus; ad dextram verò immensa camporum planities bene alta & fructuosa, magnis arboribus confita, nec minùs pascuis abundans. Superiores adiacent montes metallorum fodinis celebres, qui Tagum versus descendunt. Loca autem metallica aspera & tenuia sint oportet, qualia sunt Carpetaniæ, multòque magis Celtiberis finitima. Talis item Bæturia est, campos siccos habens ad Anam pertinentes. At Turdetania admirabili felicitate gaudet; ac cum omnium rerum ferax sit, tum maximam copiam profert singulorum. Duplicatur autem hæc felicitas exportandi commoditate: Quod enim in fructibus vltra necessarios vsus superest, id nauigantium frequentia facillimè distrahitur. Post hæc Geographus æstuariorum & nauigationis facilitatem exponit, cui mox subiungit: Exportatur, inquit, è Turditania vinum, magna vis tritici, oleum; atque id non plurimum modò, sed etiam optimum. Ad hæc cera, mel, pix: Iam & coccus, & minium non inferius terra Sinopica. Nauigia ibidem fiunt è materia ex eisdem locis cæsa. Sunt ipsis & fossiles sales, & non pauci faltarum aquarum riui. Magna etiam fallamentorum copia ad obsoniorum vsum paratur, nò solum ad interius mare; sed & in maritimis etiam locis extra Herculis columnas sitis, quæ Ponticis nihilo sunt deteriora. Solet & plurimus inde pannus portari, at nunc lanæ magis Coraxorum, quarum pulcritudo omnem superat fidem. Vnde fit, vt admissarij arietes talento veneant. Telarum item incredibilis tenuitas, quas Saltietæ conficiunt. Armentorum & gregum ingens abundantia, & magna copia omnis generis venationum: Bæthiarum noxiarum raritas, exceptis lepusculis terram fodientibus, quos quidam leberides dicunt (agit de cuniculis.) Corrupunt enim plantas & semina radices escitando, quod malum per totam ferè Iberiam & inde ad Massiliam vsque grassatur. Quid quod & ipsas etiam insulas turbat? Qui enim Gymneas incolunt, dicuntur quondam legatos Romam misisse terras sibi petitam; eo quod à cuniculis, quorum multitudini resistere nequirent, expellerentur. Ad tantum certè bellum tanto opus esse remedio nonnumquam accidit: verum id non semper euenit, sed simile quiddam habet pestilenti aëris constitutioni, quemadmodum & serpentum & murium agrestium multitudo. Quò autem intra modum eorum frequentia cohibeatur, complures reperræ sunt venandi rationes, & inter alias, feras mustelas, quas Libya educat, capistris alligatas in foramina seu cuniculos immittunt. Hæc quas capiunt, vnguibus extrahunt, quas non capiunt, prodire cogunt, quibus capiendis venatores instant. Porro quanta rerum è Turditania copia exportetur, nauigiorum & magnitudo & numerus maximus declarat. Ingentes enim Holcades illinc Dicæarchiam & Ostiam, vbi Romanorum nauale est, appellunt; adeò vt multitudine cum Africanis certent. His Strabo piscium diuersorum copiam adiungit, quibus enumerandis superfedebō. Deinde pergit ad metalla. Cum verò, inquit, prædicta regio tantum bonorum suppeditet, tum magis admiraris metallorum fodinas. Eorum enim Hispania tota plena est, non tota autem fructibus producendis felix, qui illic desiderantur vbi metallis abundat. Rarum est enim generis vtriusque copiam habere; rarum item eandem regionem paruo loco omnis generis abundare metallis. At Turdetania & ei contigua regio nullam omnino finit eos qui laudare velint, desiderare rationē. Nam neq; aurum, neq; argentū, neq; æs, neque ferrū vsquā terrarū aut tanta copia aut tanta bonitate gigni hæctenus deprehensum est. Adde, quod amnes & torrétes aureas arenas deuoluant, quæ quidē & in aridis locis sunt; sed in illis non apparent: In locis autē aqua ablutis splendore se produnt aurea ramēta. Arida itē loca aquis diluētis, faciūt vt ramēta splendeant, quæ ad rē tū puteos fo-

teris quod fuerit.

Bætica regionis felicitas.

Ilipæ. Sisapo. Cotina.

Bæturia. Turdetania felicitas.

Cuniculorum in Turdetania copia & venatio.

Metalliarū fodinarum in Hispania frequentia.

Ami foratissima est Hispania.

diunt.

diunt, tum alias artes excogitant, quo lotionem aurum excipiant: adeo ut nunc plura sint Chrysopeyia, id est, auri lauacra, quam aurifodina. Hæc & alia his similia Strabo; quibus addit, in mediis etiam lapidibus auri glebas papillarum instar, aliquando etiam semilibram appendentes, inueniri. Aëris præterea quasdam fodinas Aureas vocari, unde coniectari queat aurum prius ex his erui solere. Aduocat deinde Posidonium ad partes Hispanicarum opum laudandarum, cuius orationem ait copiam & verborum luxuriam cum ipsa metallorum vbertate certare; atque adeo in ea efferenda non aliter se habere, quam si diuino quopiam furore raperetur: inter cetera itaque fabulæ fidem habere qua fertur, silvas olim incensas effecisse, ut aurum & argentum è terra ebulliret, propterea quod omnes tumuli & omnes montes nihil aliud sint quam quidam numorum acerui, ab ipsa felicitatis copia congesti; ita ut qui videat loca, dicat thesauros naturæ sempiternos, aut imperatoris cuiusdam maiestatis ærarium numquam exhauriendum. Illic itaque sub terra, non Aden, id est, caliginis & tenebrarum principem, sed Plutonem, id est, diuitiarum Deum habitare. Hæc & alia id genus Posidonius scripsit, cuius omnia sigillatim verba recitare non opus est. Diodorus Siculus fabulam, cuius Posidonius meminit, latius refert. Hic montes Pyrenæos non illos modo vocat qui Galliam ab Hispania continua catena separant, sed & eos qui ab his propagati, tribus millibus, ut inquit, stadiorum interius per regionem Celtiberorum porriguntur. Horum silvas à pastoribus accensas olim fuisse, & regiones ambustas, & inde montibus nomen datum, quorum igne ad multos dies ardente argenti riuos profluxisse, quod incolis ignotum Phœnices vili rerum aliarum permutatione sibi comparasse, atque inde maximas opes contraxisse. Sed satius fuerit totum hunc locum è Diodoro transcribere, eo quod Posidonij paraphrasem agere videatur: qua in re Poggij Florentini contenti erimus interpretatione. Adeo autem mercatores quæstus excitauit cupiditas, ut cum onustis nauibus superaret argentum, amoto ab ancotis plumbo, argentum eius loco subderent. Hoc lucro Phœnices admodum opulenti facti, plures colonias tum in Siciliam propinquasque insulas, tum in Libyam Sardiniamque ac Iberiam destinârunt. Multis post sæculis cognito argento, Iberi metallis quærendis operam dedere; magnaque optimi argenti copia reperta, ingens ex ea vectigal prodiit. Cum æs, aurum, argentumque sint metalla præcipua, qui in reperiendo ære dant operam, quartam eius quod effodiunt portionem capiunt. Eorum qui in argento effodiendo occupantur, quidam tribus diebus Euboicum percipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta est: ut mirabilis sit & eius patriæ natura, & operariorum continuus labor. Nam qui primum his metallis reperiendis incumbebant, magnas contrahebant diuitias. In promptu enim est argentum, terra abundè illud præstante. Postea cum Romani Iberiam subegissent, Italici, qui lucri cupiditate id sibi opus sumserunt, maximè ex eo ditati sunt. Emptam enim seruatorum copiam ad effodienda metalla deputant, qui variis locis metallorum venas scrutati, ac alte lateque terra effossa, plurimum auri argenti que eruunt, variis multorum stadiorum cuniculis sub terram actis. Multo facilius quæstuosiorque hæc cura quam metallorum quæ apud Atticos reperiuntur: ibi enim multas effodiendo impensas subeunt, sæpius opinione frustrati; cum aut non inueniant quod quærunt, aut inuentum ita parui sit, ut superetur à sumptu. Apud Hispaniam qui metallis incumbunt reperiendis, ampliora spe percipiunt. Bonitate quippe soli glebas semper auro argentoque fertiles inueniunt, utpote omni terra metallis plena. Subter terram reperiuntur nonnumquam flumina decurrentia: quorum cursus spe quæstus vi magna recidunt; aut, quod mirabilius videtur, cochleis quas dicunt Ægyptiacas diuertunt, ab Archimede cum in Ægyptum profectus est adinuentis: eiusmodi instrumentis loca ubi metalla effodiuntur, cincta superius aqua, summa arte diligentiaque siccant. Mirabitur profecto quis Archimedis ingenium, non solum in his, sed in ceteris quoque maioribus rebus, quas multis in orbis partibus egregias fabricatus est: de quibus scribetur diligentius, cum ad eius tempora veniemus. Serui qui ad hæc metalla deputati sunt, incredibilem quæstum afferunt dominis. Verum cum diu noctuque in labore perseverent, multi ex nimio labore moriuntur, cum nulla eis ab opere detur requies, aut laboris intermissio: sed verberibus ad continuum opus coacti, raro diutius viuunt. Robustiori quidam corpore & animi vigore plurimum temporis in ea versantur calamitate, quibus tamen ob miseriam magnitudinem

Phœnices auro Hispanico diuiti.

Romani Hispania subacta eo seruos ad aurum effodiendum miserunt.

magnitudinem mors est vita optabilior. Cum plurima in hoc metallorum munere sint admiratione digna, nequaquam tamen quis admiretur, cur nullus recens horum reperiendorum auctor extiterit. Verum argenti studio à Carthaginensibus, quo tempore Iberiam tenuere, ea metalla adinuenta sunt. Hæc fuit causa ut eorum postmodum excreverent vires: Pretio enim optimis militum conductis plura gesserunt aduersus hostes bella. Neque domestico neque sociorum milite usi, Romanos Siculosque ac Libyos in maxima deduxerunt pericula, cum omnes diuitiis ob auri argenti que copiam superarent. Pærspicaces sanè, ut videtur, præcis temporibus exitere ad quæstum Phœnices: Itali nullis aliis cessere. Oritur & stannum in pluribus Iberiæ locis, non casu repertum, ut quidam scriptores vulgârunt, sed effossum conflatumque, quem admodum argentum atque aurum tradunt. Nam supra Lusitaniam plurimum stannum effoditur in insulis oceani Iberiæ proximis, quæ à stanno Castiterides denominantur. Plurimum tamen à Britannia insula ad appositam Galliam affertur: Deinde per loca mediterranea Celtici mercatores equis per Massiliotas ad Narbonam urbem, Romanorum coloniam, optimum earum partium tum opportunitate tum commoditate aduentum emporium, perducunt. Hæc Diodorus: in quibus dum Poggij negat stannum casu inueniri, vertere debuisse, in terræ superficie. Polybius maximas argentifodinas circa nouam Carthaginem commemorat, operarum in iis quatuor myriades, & Romanis diurnum inde lucrum viginti quinque millia drachmarum fuisse asserens. Addit idem omnem metalli purgandi rationem, quam, quia ad diuitiarum vbertatem non facit, omitto. Illud ex eo annotandum: non procul à Castione, ubi plumbi maxima copia, admixta etiam argenti quadam portione, mons est è quo Bætis effluit, quem *ἀργυροβύ* vocant, id est, argenteum. Strabo historiæ scriptores citat, qui scribant tantas fuisse Iberorum opes, ut quo tempore à Barca Carthaginensium duce deuicti sunt, præsepibus & dolis argenteis uterentur. Non malè igitur dixit ille, quisquis fuerit, apud Stephanum, *ταρτησίων ἀλλεος ἄδω*, id est, Tarteisus vrbis felix. Ex his modo clarum cuius fuerit, Beticam olim Phœnicibus & Carthaginensibus plus emolumentum attulisse, quam totus nouus in Oceano Atlantico orbis hæcenus præstiterit Hispanis. Nunc missis scriptoribus externis, audiamus quid sacri libri de Tarsis dicant. Tertij Regum cap. x. & Paralipomenon secundi capite nono, hæc de Salomonis diuitiis inter alia legitur: Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri, excepta ea summa quam legati diuersarum gentium & negotiatores afferre consueuerant, omnesque reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni. Deinde, expositis hastis & scutis aureis & folio aureo, adduntur hæc: Omnia quoque vasa conuiuij Regis erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naues Regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram semel in annis tribus, & deferabant inde aurum & argentum & ebur & simias & pauos. Et hæc qui dem verbis Paralipomenon: Liber enim Regum exprimit classem Salomonis & classem Hiram iunctas iuisse; ut nimirum vtrique Regi sua fuerit classis. Quod autem naues Tarsis fuerint maximæ, & superbissimè instructæ, ex Iesaiâ discas: ubi inter alia, quibus diem Domini potètiorem facit, maximis & altissimis quibusque, naues etiam Tarsis commemorat, quas & David in Odis multo antea, uti excelsas & superbas, celebravit. In Ieremia item legimus: Argentum inuolutum de Tarsis affertur. Hic argentum in longas massas extensum intellige, cum *קק* idem sit quod, extendit, à nostro *Geret* litterarum transpositione factum. Verum longè clariùs Ezechiel vicessimo septimo capite declarat, Tarteisios eosdè esse cum Tarsis. Tarses enim, inquit, negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque, repleuerunt nundinas tuas. Latina editio habet, Carthaginenses, sed malè. Iesaiâ Tyri excidium prædicens, Vlulate, inquit, naues Tarsis, quia perierunt, & vltra non venient de terra Citionum. Ducta captiua est: Et paulo post: Ite in Tarsis: Vlulate qui habitatis in insula hac. Latina biblia habent pro Tarsis, priore quidem loco, maris; posteriore, Carthaginem. Vtrobique profecto Tarsis erat vertendum. Neque enim Tarsis mare significat, neque ad Carthaginem urbem, à Phœnicibus conditam, refertur, sed ad ipsissimam Tarteisum, ubi maximæ naues compingebantur, quas probabile est

Stannum in Hispania nascitur.

Mons argenteus.

Tarsis regis Salomonis auri & argenti miterat.

Tarsis nauis celebriss.

Tarteisios iunctæ cum Tarsis.

illic vnà cum mercibus & ab aliis & à Tyriis maximè comparari solere: & idcirco dicit, Vlulate naues Tarsis, id est, naues factæ in Tartessica regione, & ex ea in Phœniciam traductæ, quoniam actum est de Tyriis, qui vos emebant, adornabant, & omni mercis genere implebant. Rursus ergo dicit per Ironiam: Transite nunc in Tarsis, siue Tartessicum regnum, & reportate, vt soletis, aurum, argentum, & alias eius regionis merces: cuius generis ad Salomonem & Hiram olim apportari solere Paralipomena testantur. Quod autem dicit, Vltra non venient de terra Citiorum, id hanc habet rationem, quod è Tarsis venientes ad Italiam, etiam in qua Caieta nobile erat emporium, & Cyprium, quæ Ceteim olim dicta fuit, vt ex opido eiusdem nominis declaratur, appellerent. Verùm locus hic obscurus est apud Hebræos, & ab aliis aliter redditur. Nos de terra Cetiorum dumtaxat agimus, cetera interpretibus relinquentes. Græcus textus posteriore loco pro Tarsis, mare posuit: quod D. Hieronymo & plerisque aliis non displicet; eo quod existimant Tarsis simpliciter pro mari poni. qua quidem in re tantum est veritatis, quantum inter, mare calco; & mare, cognationis est. Certè naues omnes Tarsis dici nostro sermone possent, eo quod maria calcent; verùm hæc ratio nulla est apud Hebræos, quibus nec *Calco*, nec *Sæe* mare designat. Videntur tamen ij qui primi huius opinionis auctores fuerunt, aliquid à quopiam linguæ nostræ perito audiuisse, vel nuda suspicione è nauibus ad mare venisse. In Ezechielis item alio loco negotiatores Tarsis commemorantur, tamquam celeberrimj torius orbis. quod cum ita sit, quis dubitet Tartessiacos hos fuisse? si illa modo quæ ex Posidonio, Herodoto, Polybio, Strabone, aliis adduximus, cum illis quæ in sacris litteris leguntur, diligenter conferat, & eam, quam ostendi, gentium consideret migrationem. Verùm enimvero illud, quod Paralipomena dicunt, tertio quoque anno naues è Tarsis venisse, magnam adfert huic assertioni dubitationem. Neque enim tantum est è Syria ad Gades intervallum, vt tres annos requirat. Hic locus accuratius excutiendus est, eo quod nec parui momenti ea ratio sit ad hanc nostram opinionem vel labefactandam vel penitus euellendam, & plurimum inde lucis antiquis navigationibus sit affulsurum. Primum itaque id animaduertas oportet, hanc objectionem æquè contra illos facere qui nomine Tarsis Carthaginenses & vicinos Africae populos intelligunt, atq. contra me, qui Tartessios & Tarsoos facio eosdem: immo tanto magis contra illos facere, quanto Tartessios quàm Carthago longius ab Ioppe & reliqua Syria remota est. quod latius declarare apud eos qui geographiæ non sunt prorsus imperiti, superuacanei perditique laboris esset. Quod verò iter tenendum esset, ac de quo littore solucendum iis qui ad Tarsis nauigare vellent, Ionæ nobis fuga demonstrat, qui Ioppe nauem adscendit. Cum huius ergo vatis historia ea conferamus quæ vicefimo Paralipomenon capite his verbis leguntur: Post hæc inuit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israël, cuius opera fuerunt impiissima, & particeps fuit, vt faceret naues quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Afiogaber. Prophetavit autem Eliezer filius Dodaa de Maresa, ad Iosaphat dicens: Quia habuisti foedus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritaque sunt naues, nec potuerunt ire in Tarsis. Addatur & alter locus è capite octauo: Tunc abiit Salomon in Afiogaber & in Hailath, ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom. Misit ergo Hiram per manus seruatorum suorum naues & nauas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem. Quia verò hæc sumpta sunt è tertio libro Regum, audiamus & ea quæ illic leguntur verba: Classem quoque fecit Rex Salomon in Afiogaber, quæ est iuxta Hailam in littore maris rubri in terra Idumææ, misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris cum seruis Salomonis: Qui cum venissent in Ophir, sumunt inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad Regem Salomonem. Hæc è sacris libris adducta ingentem nobis pariunt difficultatem: quam si cura diligentiaque mea sustulero, fore confido, vt viri diuinæ scripturæ studiosi fateantur se non parum laboribus meis debere, vt pote quibus à magna caligine sint liberandi. Quærendum in primis quis locus vocetur Afiogaber, in quo classem Salomon ad navigationem in Ophir, & Iosaphat ad navigationem in Tarsis instruxit. Audire mihi videor obmurmurantes: Quid an non aperitissimis verbis ora maris rubri & terra Edom exprimitur? Quorsum igitur ablegasti mentem

Afiogaber locus quis sit.

tem cogitationesque tuas, vt hic nobis fluctus in simpulo excites? Equidem nec in simpulo fluctibus agor, nec leui de causa turbor: Quid enim hoc monstri est, Iosaphat in Afiogaber classem parare, vt eam in Tarsis mittat; si Tarsis Carthago sit, vti hactenus plerique omnes crediderunt? Num è mari rubro Carthaginem petes? Egregium profectò navigationis compendium! Dices fortasse è mari Erythraeo totam Africam posse circumiri, & sic tandem Carthaginem veniri. Nolo huic opinioni refellendam instare; eum memo non videam esse absurdissimam, & ab omni recta ratione alienam: & sunt alioqui mihi rationes in promptu, quibus docebo, longissimè terrarum eos aberrare, qui Afiogaber ad mare rubrum collocarunt. Quod si vel Straboni, vel Ptolemæo, vel cuius alij geographo legendo operam dedissent ij qui nobis hunc errorem obtruserunt, facillimè tantum sibi cruditionis comparassent, vt scirent Idumæam non ad mare Erythraeum, sed ad mare mediterraneum iacere, & inter eam & Erythraeum mare arenosam & vastissimam esse solitudinem: Verùm quia in sacris voluminibus & opinionibus iam olim receptis magna religione versari debemus, & nihil prorsus mouere quod vel vilo modo queat excusari ac tolerari citra luculetam aliquam & grauem iacturam sacrosanctæ veritatis, videor mihi cogi ad panopliam quandam induendam. At hæc non aliam video in antiquitatibus in priscum suum decus afferendis, atque ab errorum passim apud omnes grassantium seruitute ac tyrannide vindicandis, quàm veterum primæ classis scriptorum consensionem. Neminem eorum noui qui ante Ptolemæum fuerunt à docta terrarum descriptione nobiles, qui pluriùm auctorum in hoc argumenti genere cum laude versatorum monumenta nobis & testimonia reliquerit quàm Strabo; qui propter excellentiam qua ceteris præuertit, frequenter apud Græcos poterat interpretes non expresso nomine, Geographus vocatur. Hunc igitur audiamus; & ne bis audire cogamur, audiamus Latine loquentem. Iudææ, inquit, extrema occasum versus Casio proxima Idumæi & lacus occupant. Idumæi quidem Nabataei sunt, à quibus per seditionem dilapsi commigrarunt ad Iudæos; à quibus in legum admitti sunt communionem. Quis verò hic lacus sit quem extremam Iudææ facit Geographus, è vestigio declarat, dicens quod Serbonis lacus ad mare situs sit; & illud quidem mare è cuius portu ad Iopen Hierosolyma videri possint. Quod vt clarius adhuc intelligas; addit hanc esse oram Iudææ septentrionalem. Ptolemæus item Serbonidem paludem citra Casium montem in mare mediterraneum in eodem littore in quo est Iope, effundi scribit. Talis ergo situs est Idumæ, vt inter Egyptum, Petream Arabiam, & Iudæam, & mare mediterraneum suis finibus claudatur. Ex parte Petrae Arabiæ montes accipit, qui Melanes, id est, Nigri apud Ptolemæum vocantur; quorum extrema ad montanam Idumæam pars Hor vocatur; quæ vox per Cametz scribitur, ad discrimen Hor per Holem; quo mons in genere vocatur, tametsi hæc ratio nec ab omnibus, nec perpetuò seruetur: Equidem hunc montem per excellentiæ figuram sic dici existimò: Accepit autem hæc regio nomen ab Edom, quod cognomen datum est Esau; quod primogenium suum ius fratri vendidisset pro obsonio quodam rubro, eum famelicus & lassus ex agro venisset: quod cognomen ceteroquin & ob id merebatur, quod rufus ac totus villosus natus esset, quod & sacra Biblia & Iosephus testatur; & is quidem libro contra Appionem Grammaticum altero docet, Idumæam Iudææ limitem esse circa Gazam ciuitatem, quam nemo nescit mari mediterraneo adiacere, qui modò aut Ptolemæum, aut quemuis alium geographum vel eminus à limite salutarit. Cum igitur Idumææ situs notus modò sit, videamus vbi Afiogaber sit constituendum. Scimus ex iis quæ citata modò sunt, Afiogaber in terra Edom esse: quo fit, vt non possit ad mare rubrum collocari, nisi Idumæam eousque etiam extendas. Verùm vt sunt hominum ingenia ad sua propugnanda plus æquo frequenter obstinata, vereor ne qui sic sentiunt; Geographis omnibus malint oppedere, quàm fateri se hactenus errasse. Dicent, ni fallor, tam longè extensam Idumæam olim fuisse, vt ad Erythraeum vsque mare & longè ulterius pateret, licet Græcis id fuerit ignotum; apud quos Afiogaber nusquam inuenitur. Faciendum igitur ne hoc perfugio veritatis arx prodatur. Non nego Afiogaber apud Græcos ignotum esse, illud quidem sub hac nomenclatura opidum; verùm id docebo minimè ignotum fuisse, si vocem Afion pro eo ac decet interpreteris. Quamobrem satis mirari non possum, qua vel supina negligentia, vel crassa Geographiæ ignorantia

ignorantia factum sit, ut Iosephus, vir alioqui patriæ antiquitatis & studiosissimus & doctissimus, hoc loco tam turpiter cespitarit. Nam & is Afiogaber ad mare Erythræum collocavit: quod si detur, foeda labes sacris libris adspargatur necesse est; & ad eod. ductu partim huius, partim interpretum tum Græcorum tum Latinorum iam olim aspersa est; & quod peius est, sic inoleta, ut nemo suspicatus sit, hac parte quicquam vitij factum esse. Ut enim omnes, quotquot hæc tenus contigit videre, scriptores longissime aberrarunt in primis gentium & ante & post diluuium sedibus assignandis, nec quisquam fuit qui Mosem verissima de illis scribentem bene sit aut affectus aut interpretatus; ita & in Afiogaber & iis quæ inde consequuntur, nec paucis sanè nec contemnendis ad unum omnes. (sit venia veritati) sacram historiam corruerunt. Nos igitur & hanc maculam Mercurio nostro præunte diluimus: non quod huic nostræ curæ vel magnas gratias vel gloriam relatum iri speremus ab iis quos hic errasse scimus, quorum odium potius & invidiam timemus, sed quo ceteris posthac caueamus, ne in eundem lapidem impingant, omnemque Artheis hominibus, qui vrinam essent pauciores, adinamtu occasionem, sacras litteras calumniandi. Audiamus ergo Strabonem; eumque, ut optimum ducem & iterum omnium peritissimum, in hoc labyrintho non aliter sequamur, atque Theseus ille fabulosus filium Ariadnæum. Quia verò error maximus fuit, quo omnes hæc tenus seducti fuerunt, paullo altius rem totam repetemus, & à Tyro ad Ægyptum usque Iudææ littora legemus. Tyrus, inquit, tota insula est, ac ferè eodem modo habitata, quo Aradus; continenti tamen aggere coniungitur, quem Alexander in vrbis obsidione congeffit. Interiectis deinde aliquot narrationibus; Distat, inquit, Tyrus à Sidone non pluribus quam ducentis stadiis; inter eas est opidulum Avium vrbis vocata. Post, apud Tyrum, fluvijs exit. Triginta post Tyrum stadiis Bala tyris, siue antiqua Tyrus. Hinc Ptolemæus, magna vrbis est, quam Acam prius vocabant: cuius portu Perse quondam utebantur in Ægyptu nauigare. Inter hanc & Tyrum litus est aggerosum, quod vitariam arenam fert. Exspatiari hic Strabo ad vitruvianum artificum, & alias quasdam narrationes nihil ad nostrum propositu facientes, vnde revertens, Post Acam, inquit, est Stratonis turris cum portu. Inter Acam & Stratonis turrim Carmelus mons est, & alia opidula nihil commemoratu dignum habentia præter nomina; Syamorum, Babulcorum, Ciocodilorum, & alia eiusmodi. Deinde magna silua est, post hanc Iope, iuxta quam ora ab Ægypto maritima, notabili discrimine ad Auctum secedit, prius ad ortum exrensia, in hac fabulatur quidam Andromedam ceto fuisse expositam. Nam locus satis editus est, adeo ut ex eo dicant Hierosolyma videri Iudæorum metropolim. Quin etiam Iudæi portu hoc vtuntur ad mare descendentes; qui nihil aliud est quam Iatronum receptaculum. Eorum, & silua fuit & Carmelus. Atqui locus hic tantam habuit hominum copiam, ut ex Iamnaa proximo pago & circumvicinis vicis quadraginta millia armarerent. Hinc ad Casium, quod ad Pelusium vergit, paullo plus minus mille stadia; & inde ad ipsum Pelusium alia trecenta. Inter Casium & Pelusium Gadaris est, quam Iudæi sibi vindicarunt; Hinc Azorus & Afcalon à Iamnaa stadiis ducentis remota. Afcalonitarum ager Cepis commendatur, at opidum exiguum est. Hinc Antiochus philosophus fuit, paullo ante nos Gadaris nobilitata est Philademo Epicureo, & Meleagro, & Menippo scitura cognomento, & Theodoro oratore, qui aetate nostra vixit. Post Gazorum sequitur portus; & paullo superius ipsa vrbis, quæ olim illustris fuit, at post ab Alexandro diruta, mansit deserta. Ex hoc loco transitus esse dicitur ad Aclam vrbem; ad sinus Arabici recessum sitam mille ducentorum sexaginta stadiorum. Duplex autem est sinus Arabici recessus; alter Arabiam & Gazam versus, quem Analitycum appellant, nomine ab vrbis, quæ in eo est, ducto; alter Ægyptum versus ad Heroum vrbem, in quem breuissimum iter est ex Pelusio, at iter desertum est & arenosum, camelis faciendū. Quin & serpentum in eo copia. Post Gazam est Raphia, in qua Ptolemæus quartus cum Antiocho conflixit. Inde sunt Rhinocolura, ab iis habitatoribus quibus nares præcisæ fuerant, nominata. Nam Æthiopum quidam Ægyptum inuadens maleficos non morte, sed nasi incisione multauit, ut pudore foedi aspectus deterri à sceleribus absterent, quos hoc loco collocavit. Quæ Gazam sequitur regio, tota sterilis est & arenosa, multoq; magis ea quæ Sirbonidem lacum habet secundum mare extensum; paruo & angusto spatio in medio relicto ad ipsum usque Ecregma

Tyri sita & vicina regio nis ex Strabone descriptio.

Tyris antiqua. Ptolemæus sine Acam.

Stratonis turris.

Iope.

Casium. Pelusium. Gadaris. Azorus. Afcalon.

Gazorum portus.

Arabicus sinus.

Raphia. Rhinocolura.

Ecregma vocatum, quod eruptionem dicas, licet longitudo eius ducenta stadia, latitudo quinquaginta expleat. Ipsum Ecregma aggere occlusum est. Talis & contigua regio est ad Casium usque; & inde Pelusium pertinens. Casium tumulus quidam est, è littorali arena coaceruatus promontorij instar, aquis carens, in quo Pompeij Magni corpus iacet, & Iouis Casij templum est. Non procul inde Magnus Ægyptiorum insidiis atque fraude iugularis fuit. Inde via est quæ Pelusium ducit, in qua sunt Gerra, & ea quæ Chabriæ castra nominantur, & barathrum Pelusio proximum, Nili exundantis illuie factum, quod ea loca concaua sint atque paludosa. Hæc Strabo, qui Iudæam & Idumæam Phœnicæ nomine complectitur. Ptolemæus castra Chabriæ Betogabri nominavit, quo in auctore dolendum est latitudinis & longitudinis numeros maiorem in modum esse vitiatos. Hoc interim ad propositum nobis negotium satis fuerit, quod vterq; Geographus agnouerit Gabriæ in Idumæorum finibus monumentum; & id quidem ad sinum Pelusiæ, minimè verò ad mare Erythræum. His cognitis, videamus quid significet Afiogaber. Itaque ferè Hebræis, cum peruersam ipsorum audio pronuntiationem. Libri sacri hoc nomen in principio scribunt per litteram quam eodem nomine vocat, quo oculus denotatur, quam nos docuimus non per A, sed per Gh efferrì debere: ut in Gaza & Gomorrha effertur, licet aspiratio, per quam hæc littera est expectanda, negligatur. D. Hieronymus in eadem hac voce eandem litteram agnoscit, & Græcos & Latinos carpit, quod sonu eius eum sono Gimel confundant: qua de re liquet, fuisse etiã tum à quibus germana pronuntiatio seruaretur, quos laudari, non damari debuisse Hieroglyphica nostra docuerunt. Secunda consonans est ea quam Sade vocant Hebræi; quam demonstrauit tantundem valere quantum Sigma & Tau coniuncta. Verum valeat pronuntiatio, quando de scriptura constat. Ghaftion ergo munimentum significat & vallum, quo loca quæuis valida & firma aduersus hostiles incurfiones redduntur, à verbo py, quo roborare & firmare denotatur. Rectissime igitur à Græcis factum est dum πυρρα verterunt, quo fossa, vallum, & castra denotantur; ut in eodem Strabone Charax Selostris pro ipsius castris, quæ fossa muniabantur & vallo. Hinc fit ut pyros significet, quoniam ossa in corpore primarium sint membrorum munimentum, quæ cor & cerebrum veluti vallo quodam & muro defendunt, & reuera vitæ & sensuum castra dici possunt, ut & reliqua membra ossibus firmantur. Deuteronomij octauo πυρ pro robore ponitur, dum dicitur Latine: Fortitudo mea & robur manus meæ. Sed superuacaneum est rem notissimam pluribus confirmare exemplis; quibus qui volet abundare, habet Santem Pagninum & Lexicon Complutense. Laudandus ergo Strabo de optima interpretatione, quam vnde didicerit equidem nescio; id satis liquet, meliorem dari à nemine potuisse. Miror itaque D. Hieronymum, qui Afiogaber, ligna viri siue dolationis hominis, vertit: quam suam doctrinam vellem sic dedolasset, ut tandem ad vallos quibus castra muniuntur, venisset. Græca dictio quam interpretationi putauit aptiorem, corrupta est: quam συλασιμὸς ἀνδρῶν de Latino sermone inuicium fuisse. Ptolemæus Betogabri habet, qua voce domus Gabri denotatur, cum nemo Hebræorum nesciat Bet domum esse, & Syros ex Bet Beta facere, vnde facilis in o transitus. πυρ verbum fit à nostro πυρ, quod significat munitum atque firmatum, vnde Westen moenia dicuntur, quod adicio, ut de primo sermone Hebræi germanam discant pronuntiationem litterarum. πυρ autem Græcorum est à nostro πυρ siue πυρ, quo fossa significatur. Bet nobis lectum significat, à quo ad domum translulerit Hebræi; eo quod quies secunda primarius sit domicilijs vsus. Hæc & id genus alia obiter notare soleo, quo cernatur quis modus fuerit Babylonicæ confusionis; in qua è prima lingua confusa ac corrupta multæ linguæ extiterunt. Videmus nunc concordiam inter veteres Hebræos & Græcos; quam si Iosephus animaduertisset, facile suum agnouisset errorem, cum octauo Antiquitatum libro Afiogaber ad sinum Arabicum ponit, aens post Berenicen dictam fuisse. Quis verò fuerit hic Gaber quid, cuius ad Pelusiæ pelagus munimentum celebratur, difficile fortasse fuerit intentu, eo quod Moses multis ante seculis sic hunc locum vocarit, quàm Gaber filius Vri, vnus de primarijs Salomonis ducibus, fuerit natus. Non fuerit absurdum si dicatur Elustus vel quisquam fratrum aut sociorum hic castra muniuisse; quo, si opus esset, tutam haberent nauibus stationem. qua de re rursus fuerit dicendum.

Ecregma. Casium. Pompeij sepulchrum.

Gerra. Chabria castra. Betogabri.

Afiogaber vocis pronuntiatio & scriptura corrupta.

Afiogaber vocis interpretatio.

Syriaci. Westen. Græci. Bet.

Gaber quid.

Videamus nunc quàm hæc cum textu Hebraico conueniant, in quo vertendo & Græci & Latini & se & alios longissimè à veritate seduxerunt. Recta igitur hæc esto interpretatio de verbo ad verbum: Classem quoque Rex Selomoh fecit in Ghalstion Gabar, quæ est circa Elut, super littore maris magni, terras omnes terminantis, in terra Edom. Hic primùm consideretur error quem interpretes commiserunt in Elut, pro quo Græci Ailath, Latini Hailam supposuerunt: atque inde falsò crediderunt, Elut & Elanam Ptolemæi eandem esse. Iosephus satis apertè declarat se se hoc errore laborasse, cum dicit Afion Gaber Berenicen esse, cui vicinam facit Elanam. Videamus igitur quæ sit Elut ciuitas, deinde quæ sit Elana. Ad hoc rectè assequendum in memoriam vocetur, Chaldæos & Syros pro sibilo non rarè Tau vsurpare, quos Attici imitantur. Sic pro טו quæ ciuitas est in deserto, Tur dicunt, quod nomen hæcenus eidem loco mansit. Siue igitur Elut, siue Elus dicas, nihil fuerit in re ipsa discriminis. Quando itaque de situ terræ Idumææ ex iis quæ dixi constat, quæramus an in ea Elut reperitur. Atqui non diu hic fuerit laborandum, si Ptolemæus consulatur. Is enim, cum esset Alexandrinus, huius regionis certam habuit & exploratam notitiam, de qua confestim nobis demonstrat illud quod queritur opidum: Elusam enim penultimam Idumææ ciuitatem facit & Ægypto proximam. Quis hic non clarè cernit Elut & Elusam idem opidum esse, & in Idumæorum littore iacere? Idem Elanam in sinu Arabico ponit eo quem Strabo dixit è regione Gazæ esse, cum alter Pelusium respiciat. Hinc liquet in Strabone opidi nomen corrigendum esse, vt Elana non Aëla legatur, quæ corruptela à quopiam processit quem Latinus Bibliorum interpres deceperit. Quoniam Elut tam antiquum in hoc littore opidum est, suspicor Elysiu[m] siue Elustum primum eius fuisse conditorem: vt nimirum inter nauigandum haberet quo fugere posset tempestates & procellas, si quæ ipsum circa ea loca occupassent. Quòd autem ex Elust Elut factum sit, mirum non est, quoniam eodem modo in Tyri nomine St in T transit, cum Hebræis & Syris per Sade scribatur. Tyrus enim Stor vocata est, à rupe cui infidet: quam sic dicunt Phœnices & Hebræi, voce corrupta per metathesim è nostra *Stots* / quæ rupem denotat. Similiter igitur ex Elust Elut factum. Elusa verò ex Elust, vt è Stidon Sidon, & è Lust Lusius. Sed hæc hoc loco sufficiant de Elusa, de qua mox iterum agere cogar. Elana verò in eo est sinus Arabici recessu qui Gazæ procul opponitur, cuius nomen in Strabone corruptum esse modò dixi; quod ita se habere ex eo liquet, quòd eodem loco hunc sinum ab Elana nuncuparit. Restat vt inuestigemus quid causæ fuerit, vt loco maris magni, quod terras vndique terminat, omnes verterint, mare Rubrum. Principio cur sinus Arabicus mare rubrum vocetur, explicandum: qua in re, ne prolixi simus rogando sententiam, Agatharchidem Cnidium, qui de mari hoc scripsit, aduocabimus. Is dicit non *ἐρυθρὸν θάλατταν*, sed *ἐρυθρὰ θάλατταν* vocari hunc sinum debere. Erythrae igitur mare, non rubrum mare dici oporteret, ab Erythra Persa, qui in maris illius insulis imperauit. Plinius Ogyrin insulam in hoc sinu celebrat, in quo Erythras dicitur sepultus. Ctesias igitur Cnidius mendax est in rubro colore asserendo. Mirum est quàm multos hæc homonymia deceperit, & quàm clarum nobis suppeditet argumentum, quàm facilè errores semel concepti inoleant, & ad posteros transeant. In sacris litteris nulla est maris rubri mentio, quam minimè Mosès neglexisset, si dum transiret, hunc colorem animaduertisset. Vt igitur antiqui erroris causam breuiter ostendam, sciendum Hebræis vocabulum *ῥ* quoduis mare denotare, non magnum modò, sed & paruum, quod lacus & stagnum dicitur. Vox conuersa est è nostro *Mai* / quo omnis aqueus humor denotatur, vnde & aquæ *Mai* Hebræis vocantur: Hinc Madeo apud Latinos. Verùm de *ῥ* quæstio non est, de *ῥ* queritur: cuius vocis cum aliàs alia sit significatio, tum crebrò voci *ῥ* adicitur, quod dum fit, ferè mare rubrum interpretantur. Eius causam Santes Pagninus ad iuncorum, qui in illo mari crescunt, copiam refert, quos hoc quoque vocabulo intelligunt. Cum iuncum significat, à voce nostra *hinc* vel *piet* fit per conuersionem, in qua Vau ponitur pro Iot. Verùm frustra hæc queritur causa, cum *ῥ* non solum addatur ipsi *ῥ*, sed per se etiam pro mari vsurpetur, vt fieri videmus Ionæ capite secundo, vbi dicit Yates, *וַיִּשְׁבֹּט יוֹנָתָן בַּיָּם* id est, vt vertit Latinus interpres, Pelagus operuit caput meum. Cum ergo Ionas Iope nauem conscenderit, nullo modo cogitari potest mare Rubrum caput ipsius operuisse: nec est cur apud Iopen iuncos excusamus, quorum

Hailam Latini, & Ailath Græci malè pro Elut verterunt. Elut ciuitas quæ sit.

Stots. Elana.

Mare rubrum cur appellatum sit sinus Arabicus.

Mai.

Sties.

quorum copia illic nulla inuenitur. Quid? an non primo Deuteronomij capite *וַיִּשְׁבֹּט יוֹנָתָן בַּיָּם* legitur, pro eo quod Latinus dicere deberet, è regione maris magni, vt liquet loca quæ describuntur conferenti, quæ nullo modo admittunt mare rubrum, quod nostra habet interpretatio? Mihi duæ occurrunt rationes ob quas *ῥ* mare exterius siue magnum dicatur: vnà, quòd vox hæc inter alia terminum significet, Græci scopum dixerunt, à nostrati vocula *Scopum* / quod est, diligenter intueor. vbi clarum est Samech pro Scin positum esse; quod vitium Iudaico sermone frequens. Cum itaque omnia flumina ad mare magnum ferantur, tamquam ad scopum quendam, meatu vel aperto vel occulto, non malè totum pelagus earum collatione scopus dicitur: Quia verò scopus extremum est & motionis omnis terminus atque finis, non absurdè fiet, si pro extremo quouis eadem vox vsurpetur. Exempla qui volent, aut è sacris, aut è Grammaticis petat. Nobis satis est ostendisse quanam sit Hebraici vocabuli in primo sermone radix, & quòd non malè verterim *ῥ* *ῥ* mare, terrarum extremum terminum. Oleaster, mare terminatum vertit; nulla adducta idonea ratione: quod annoto, vt constet alij etiam huius significationis, qua Suph ad terminum notandum vsurpatur, in mentem venisse, licet eam perperam rei applicarit. Quòd si maria terminata quæras, confer te ad lacus & stagna, quale est mare mortuum. Altera est ratio, quæ mihi magis probatur, è primo sermone sumta. *Suph* enim vocali producta idem est quod sorbeo; vnde *Suph* *Suph*: non aliud est quàm largiter poro. Siue igitur mare Sup appelles, siue Soph, mea non admodum refert; cum vtrumque magno mari æquè conueniat, propterea quòd à potando sorbendòque numquam quiescat. Nihil enim in tota rerum creaturarum est vniuersitate, cuius magis proprium sit sorbere quàm Oceani, quandoquidem omnia flumina, omnes lacus epotat. Quid Plato de Tartarò suo dicat, quid Ecclesiastes de mari, antè indicauit, nihil vt opus sit eadem monitione repetita. Qua de re sit, vt omnino credam Sup siue Soph hac ratione Oceani quondam cognomen fuisse, atque inde apud Hebræos mansisse in eadem notatione. Hinc cernimus Mosè æquè atque nobis notum fuisse Arabicum sinum, & mare mediterraneum ad idem mare pertinere; eo quòd vtrumque *Suph* vocarit. Vocabulum autem hoc *Suph* Ichnæum est; in *Suph* conuertendum; quo notatur cum sonitu quodam vehementi pulsare. Nostrates mediam litteram malunt, *Suph* pro *Suph* dicentes. Hinc *Suph* naus genus est, quod ita fluctus magni maris contemnit, vt dicat *Suph* / id est, pulsa: quasi diceret, Pulsa quantum velis, numquam tam vehementer me pulsaueris; vt è dorso tuo depellas. Piscatoria enim naus est ad Haringas, quod maximum & præstantissimum Sardorum genus est, capiendas comparata; quæ in alto mari diu iactari solet; vtrò citroque prædam sequendo. *Suph* itaque & *Suph* iuxta in Oceanum quadrant; illud quidem quòd omnia absorbeat, hoc verò quòd terras atque naues semper magno impetu pulset: Iam *Suph* siue *Suph* eodem tempore pronuntiatum canalem etiam significat, per quem aqua defertur: quæ significatio non minùs Oceano conuenit, eo quòd per Oceanum omnes totius orbis aquæ, ceu per canalem quendam, eant & redeant, vicibus perpetuum fluxum & refluxum perennantibus, hautd secus atque si quis perpetuò hauriret pneumatico siphone è vase quopiam, & sineret aquam in idem vas recidere è quo traheretur. Quamuis verò in hac voce triplex modò videtis arcanum, est tamen & quartum, quod in lucem prodibit, si metathesis litterarum fiat, illa quidem, sed alia quàm antè via: vt nimirum sibilis vehementia in principio maneat. Quemadmodum enim *Suph* per vehementem spiritus attractionem fit, ita *Suph* per spiritus impulsum. *Suph* enim siue *Suph* tempestas est; *Suph* verò pulso veluti tempestas quædam, quod mari insigniter conuenit. *Suph* igitur ita conuersum, vt sibilis impellens in principio maneat, facit *Suph*, quod *Suph* significat humorem cum impetu eiicere; vnde Latinorum Spuo. Nobis pro spuo, & pro vomo, & pro quouis humoris emissi impulsu vehementiore in vsu est: vnde *Suph* pro cataracta ponitur, & *Suph* pro siphone, quo aqua cum impetu eiicitur, cuius generis illa sunt pneumatica instrumenta, canali duorum paullo plus minus pedum longitudine constantia, quibus aqua copiosa in eam altitudinem impellitur, vt tristegæ domus tectum vel superet vel æquet. Horum vsus est & in hortis irrigandis, & ad incendia recens concepta extinguenda. Vide quæso nunc quàm bellè in mare magnum hæc quadret notatio voculæ *Suph*. Semper enim flumina quæ maximis haustibus absorpsit,

Mare magnum cur Suph appellatum. Scow.

Suph.

Suph.

Suph.

per diuersos siphones eicit; & hoc suo vomitu omnibus stagnis & amnibus dat exordium. His bene expensis, non puto quemquam fore, qui non fateatur nullam inueniri posse vocem trilateram, quæ tot proprias maris notas exponat, & exponat significatissimè tribus litteris quatuor comprehendens diuersas Oceani proprietates; atque ita perennem orbem nobis indicet, qui sit è ductu ternarij in quaternarium; è quo exiit dodecas, verus diuinæ bonitatis Oceanus, omnem omnium rerum vitam perenni suo affluxu & effundens & effusam alens. Ex hac consideratione Oceani nomen factum; quæ vox est optantis, vt magnus hic bonitatis æternæ fons nobis accedat. Nam *Q*-*he*-*an* idem est ac si dicas, O vtinam progredere. Quod si *C* pro *G* positum velis, significabitur, o procede. Iam dum per o quicquam optamus, monemur vt id quod optamus sit æternum; haud aliter atque rotunditas omni sine caret. Sed si quantum in *Sup* mysteriorum est dum mare denotat, persequi vellem, magnum codicem explerem. Græci *Ποσειδών* pro Deo maris dicunt, per conuersionem prisicum nomen corruptumpentes. *Dei sup* enim siue *Dei sup* eum denotat qui mari suam internam dat promotionem, siue eum qui totam maris naturam prosperat. Eum si quæras, non alium inuenies quàm Deum omnium supremum; deinde intelligentiam summam mari præfectam. Hic nunc vides, vt è primo sermone vocabula quædam integra manserint, in quibus est *Sup*; quædam sint corrupta litterarum transpositione, quorum vnum inter alia infinita est *Posidon*; in quo postremam syllabam pro terminatione habemus: quod si non admittas, totam vocem conuertemus; vt sit *Posidon* è *Posidon*; quod significat necessarium maris promotorem: vbi Tau in delta delitescit, vt pote tenuis littera in media. Cæterum si tam latè quàm Posidonis regnum patet, mihi sit euagandum, numquam propositam absolucro quæstionem. Contraham igitur vela. Verùm audio, nescio quem, hæc mea quæ de *Sup* / *Pus* / & *Spu* dixi, despicientem, & exclamantem, absurdum esse si Hebraicum vocabulum de nostra lingua interpreter. Huic respondebo, non hoc modò nomen è primo sermone, sed omnium etiam radicum rationes esse repetendas. Hinc accuratè prima lingua examinanda est, eo quòd illa verè Barbara sit, id est, veritatis custos. Si quæ itaque vox occurrat in Mosis libris apud Hebræos ignotæ aut dubiæ significationis, ea ad sermonem nostrum tamquam lapidem Lydium referenda est. Rabbinus si quam vocem non intelligant, Ægyptiam esse dicunt; eo quòd Moses in Ægypto habitauit. Nos verò sanctius de diuino scriptore sentimus, & quamuis apud eum non paucas voces esse sciamus Hebræis nihil denotantes, eas tamen non ad profanum & vulgò tritum Ægyptiorum sermonem, sed ad eum dicimus pertinere quo sacerdotes in sacris utebantur; apud quos Moses fuit beneficio filii Pharaonis educatus, & omnibus imbutus disciplinis; inter quas sacra primum sibi locum vindicabant. Nec dubito quin ab eisdem etiam didicerit, linguam eam qua in sacris rebus nominandis utebantur, primam primi hominis linguam fuisse; & idcirco quædam ex ea vocabula integra seruaasse. Dicar mihi Rabbinorum quisquam quid *Vrim* & *Tumim*, quid *Chosim*, quid *Ephod*, quid *Tutphat* significet; & vt alia omittam, quid sibi velint verba illa quibus Pharaon Iosephum summo Ægyptiorum magistratui inaugurauit. Quid item præconis vox notari. Hæc & id genus alia nonnulla è sacro sermone, apud antistes in Ægypto usurpato, Moses petiuit; & certè nulla vox dubia est, quin clara euadat, si ad primam originem, quam sola lingua nostra agnoscit, conferatur. Quid enim euidentius quàm *Tutphat* vltima syllaba producta id significare quo capilli colligantur? vittam Latini vocant. Fuerunt qui speculares oculos significare dicerent, & id quidem in lingua Ægyptia. Sed illa est vanitas & audacia Rabbinorum, vt ne absurdissima quidem dicere vereantur. Quasi verò quisquam in oculis vitreis, quos perspicilla dicimus, scribere queat, vt non simul vsus eorum tollatur. Tæniis variæ sententiæ inscribi possunt; & olim inscribebantur non infulis modò, sed limbis etiam vestimentorum. Munterus testatur fuisse Rabbinos qui *תופת* alio nomine *תופת* vocari dicerent: quos equidem cogor laudare, tametsi non prorsus attigerint scopum. *תופת* enim sunt partes vittarum dependentes, Germanus *תופת* nominat. Verùm *תופת* totam vittam capillos comprehendentem significat. Vtrumque igitur nomen Germanicum est, & à *תופת* siue *תופת* Latini Vittæ nomen acceperunt. Aliarum vocum modò expressarum alibi dedi significationes, quas hic repetere nihil attinet. Id vnum volui monere, *Mofen* vocibus

Oceani etymon.

Ποσειδών.

Hebraica lingue radicum rationes è primo sermone qui est Testimonius, petenda sunt.

Lingua prima qua fuerit.

Tutphat.

Tophim.

vocibus aliquando nostratibus vti, maxime in ritibus sacris: quas vt ab Ægyptiis didicit sacerdotibus; ita Ægyptias dicere non possis. Ab eisdem itidem accepit voculam *Sup* / plenam, vt declarauit, mysteriorum: quæ & prorsã & versã naturam maris præcipuam, declarat. A *Sup* fit *Sip* / quod tanto subtilius absorbere significat, quanto Iota quàm *Vau* subtilius est. Hinc Siphon canalus. De adspiratione quam Hebræi profertunt in *Pi* non sum sollicitus, eo quòd res ea minoris sit quàm vt nos debeat demorari. Verùm quo magis & euidentius cernant tum Rabbinus tum ceteri quantum linguæ nostræ cognitio conferat ad Hebræorum radices in prima elementa soluendas, & quàm litterarum figuras confundant Hebræi; addam & illud ipsum: *Sup* siue *Sop* / vt præteritarum haberet perfectum à quo nomina formantur, Iudæis etiam in vsu esse pro absorbere. *שׁוּפ* enim hoc modo vsurpat: Esaias cap. quadragesimo secundo dicens *שׁוּפ* & absorbere: Verùm quia hic *Scin* pro *Samech* positum est, & *Aleph* pro *Vau*, boni viri vocabulum suum non agnouerunt. Huc igitur respiciant & agnoscant nostrum *Sup* siue *Sop* Hebræis etiam in vsu fuisse; & hinc mare *Sop* dici, quòd omnia flumina absorbere: Nec verò Hebræi tantum; sed Chaldæis quoque *שׁוּפ* in eadem notatione vsurpatur, & eodem modo quo Hebræi mare *Sop* siue *Sop* / maris *שׁוּפ* dicunt. Est igitur *Sop* non rubrum tantum mare, sed totus Oceanus & quouis eius finis, siue magnus: siue paruus: quo fit vt malè fecerint interpretes qui mare Rubrum transtulerunt; quo suo errore omnes has turbas in sacra historia excitauerunt. Mare tamen Mediterraneum aliquando mare magnum vocatur, vt fit Numerorum tricesimo quarto iterum atque iterum. Mare autem mortuum aliàs alio nomine dicitur: & Exodus quidem cap. vicesimo tertio lacus siue mare Palæstinorum, vbi Latina interpretatio sic habet: *Poham* autem terminos tuos à mari Rubro vsque ad mare Palæstinorum; & à deserto vsque ad fluuium. Deus hoc loco terræ promissæ hanc dat descriptionem, vt & longitudinem & latitudinem definiat; illam quidem à deserto quod post *Gazam* est ad fluuium vsque; quo nomine *Euphratem* intelligit per excellentiæ figuram, extendit; hanc verò mari *Sup* & mari Palæstinorum includit. vbi malè vertit interpretes, mare Rubrum; cum falsum sit Iudææ latitudinem mari rubro & mari Palæstinorum definiti. Alij Palæstinorum mare ad mediterraneum retulerunt; sed malè; vt ei liquebit qui conferet huius locum cum capite Genesios decimo, in quo hæc est eiusdem terræ delineatio: Factique sunt, inquit Moses, termini Chanaan venientibus à Sidone Ieraram vsque ad *Gazam*, donec ingrediaris *Sodomam* & *Gomorrham* & *Adamam* & *Seboim* & *Lefã*. Videtne hic loco maris Palæstinorum *Sodomam* & *Gomorrham* poni, & latitudinem à *Gaza*; quæ ad mare mediterraneum est; ad lacum *Asphaltiten* extendi? Quid clarius aut euidentius? Non erat igitur aliud mare *Sup* intelligendum quàm illud cui *Gaza* vrbs adiacet: nec fuit vquam quisquam qui Iudæam ad mare vsque Rubrum extenderit, licet fortasse aliqui *Salomoni* ad mare Rubrum fuerint vestigales. Assertionem meam confirmat *Ezechiel* cap. quadragesimo septimo, vbi terminum Orientalem Iudææ deducit à *Chauran* & *Damasco* per *Galaad* per terram *Israël* secundum *Jordanem* vsque ad mare orientale. Nemo hic negare potest, mare Orientale lacum esse *Asphaltiten*, quem *Genesios* cap. decimo *Sodoma* & *Gomorra* & ceteris opidis postea absorptis designauit. Apertius idem è *Iosue* cap. decimo quinto cognoscas, vbi hæc leguntur verba: Ab Oriente verò erit initium mare salissimum vsque ad extrema *Jordanis*. Ibidem paullo post occidentalem terminum facit mare magnum; quo fit vt apertissimus error sit eorum qui iam *Sup* siue *Suph*; vt hebraicè mus; mare Rubrum transtulerunt; cum hinc videamus, illud quòd illic iam *Suph* erat, hinc iam *Gedol*, id est, mare magnum, vocari: & quòd illic erat mare Palæstinorum; hoc loco vocari iam *Melach*, id est, mare salum: qua in voce Hebræi *Chet* pro *He* posuerunt. Idem enim est *Melach* quod *αλμη* Græcorum; quorum vtrumque corruptum est è nostro *hal-me* / quo sal notatur, siue id cuius adiumento res conseruantur. Idem stagnum nonnumquam mare solitudinis vocatur, quam Hebræi *חַרְרַי* dicunt: quam vocem transposuerunt adiecta adspiratione superuacanea: Prima enim lingua *Berg* dicit pro abscondo, vnde fit vt loca montosa & saltus *Bergen* dicantur. Hebræis item *חַרְרַי* pro occasu ponitur, quòd tum *Sol* se abscondat & vnà secum abscondat omnia. Mare itaque mortuum montibus & saltibus inclusum mare *Garaba* dicitur, vt *Deuteronomij*

Suph siue Sop non rubrum tantum, sed quodlibet mare dicitur.

Mare Palæstinorum quod sit.

Berg.

teronomij cap. quarto. Tertio capite libri Iosue *הַיַּם הַרְבִּיבִים* nominatur duobus epithetis coniunctis, ut sit mare deserti & salis. Si quis necdum ex hac collatione locorum intelligit quod sit mare Suph vicesimo tertio Exodi capite, ei nescio quid tandem probari possit. Nos certe audacter asserimus, interpretem sententiam Mosis peruertisse, & e mari magno siue mediterraneo mare Erythræum fecisse, atque ita totam descriptionem corrupisse. Eodem errore deprauatum est id quod Numerorum cap. decimo quarto habetur: Reuertimini in solitudinem per viam maris Rubri; quo loco mare mediterraneum intelligi debere caput primum Deuteronomij declarat, vbi dicitur vndecim dierum itinere Moses ab Oreb abfuisse cum verba hæc loqueretur. Verum multo clariùs eandem rem explicat Deuteronomij capite secundo. Profecti quæ inde, ait Moses, venimus in solitudinem quæ ducit ad mare Suph. Quod autem mare Suph dicat eodem capite, paulo inferiùs declarat adiectis duobus locis insignibus, Elut videlicet & Afiogaber: quæ Strabonis & Ptolemæi testificatione docuimus in littore maris mediterranei iacere. Cæterum hoc capite error eorum qui puncta addiderunt textui Hebræo, corrigendus est. Pro Elut enim Elat fecerunt; quæ res occasionem dedit, ut diuersa loca Elut & Elat viderentur. Hebræi Vau nonnumquam omitunt, ut pro *וַיֵּלֶךְ* aliquando scribunt *וַיֵּלֶךְ* quod frequens ipsis est; aliquando etiam Vau in sonum Patach commutant, & ipsum etiam nonnumquam in Aleph transferunt. Hoc igitur capite *הַיַּם הַרְבִּיבִים* est pro *הַיַּם הַרְבִּיבִים* quo tertij Regum cap. nono litteris omnibus expressis scriptum videmus: & ut eundem locum esse scias, Afiogaber vtròbique adiectum est. Confirmat idem caput octauum secundi libri Paralipomenon eandem referens historiam: Tunc abiit Salomon in Afiogaber & Hailath ad oram maris Rubri, quæ est in terra Edom. Hic in Hebræo non est iam Suph, sed iam dumtaxat. Et quamuis Suph additum fuisset, nihil discriminis accidisset; cum æquè ad mare mediterraneum narratio spectaret. Hebræus textus hoc loco non Hailath habet; sed Elut *הַיַּם הַרְבִּיבִים* ipso Vau expresso, vnde liquet Afiogaber & Elut vicina loca fuisse & idcirco Deuteronomij capite secundo Patach subscribi minimè debuisse, sed Kibbutz. Quæ autem terrarum parte fuerint sita Elut & Afiogaber, mox aperitur, dum disertis verbis dicuntur esse in terra Edom, quæ est Idumæ, quam nemo vnumquam geographiæ doctus ad mare Rubrum collocavit. Porro ut manifestius res teneatur, addamus & illud è vicesimo secundo tertij Regum capite, Iehosaphat classem fecisse ut nauigaret in Ophir, at eam non profectam fuisse, eo quod in Afiogaber contraïta esset. Eandem historiam vicesimum caput secundi libri Paralipomenon repetit iis quæ paulo antè recitauimus verbis, adiecta etiam causa ob quam Deus nauis perdidisset: vbi clarissimè cernitur per idem mare in Tarsis & Ophir nauigari solere. Propheta igitur videns Iehosaphat classem parasse ut in Ophir nauigaret, ut liber tertius Regum declarat, dixit fore ut confringeretur, & tantum abesse ut ad Ophir perueniret, ut ne ad Tarsis quidem peruentura esset, quod regnum minore ab Idumæa distabat intervallo. Cum igitur idem esset iter in Ophir & Tarsis, & clarum sit è Iona per mare mediterraneum in Tarsis nauigari, negari non potest per idem mare ad Ophir Hebræos proficisci solere; & inde concludi necessariò, Afiogaber & Elut esse in littore maris mediterranei in terra Idumæorum. Ex his perspicere licet Palæstinæ & Idumææ picturam à Strabone & Ptolemæo expressam adamussim sacris litteris conuenire, modò veritatem Hebraicam, non falsas & peruersas interpretationes, sequamur. Iosopus de Iehosaphat & classis apparatu scribens, & fortasse non cernens quæ in Ophir & Tarsis ex eodem portu solui posset, somnia nescio quæ de Ponto & Thracia confinxit, maximis & pelagi & terrarum spatii à sacris libris aberrans.

Afiogaber & Elut vicinalia loca.

Afiogaber & Elut in littore maris mediterranei sunt.

LIBER

LIBER VI.



ETERVM quamuis hoc loco non importunū videretur totam nauigationis in Tarsis & Ophir explicare rationem, non putavi tamē me omnibus satisfacturum, nisi paulo plura de Afiogaber & de Elut dicam; propterea quod Afiogaber inter mansiones etiam & castra in deserto metata numeretur. Dixi modò Elut locū à Mose commemoratū eundem esse cum Elusa ciuitate Idumæorum, & nomen accepisse ab Elut: addam nunc vterius, noni Elut modò in sacris litteris, sed Elus etiam hoc opidum vocari. Nam tricesimo tertio Numerorum, vbi castrorum loca exponuntur, *וַיֵּלֶךְ* legimus; quæ in voce Camets punctum perpetuū subscribitur, cum Sere esse deberet. Verum ut videas vbinam terrarum Elus sit, consideremus iter quod transgressi mare Rubrum Iudæi tenuisse dicuntur. Scribit Moses postquam transgressi mare fuissent, tribus diebus per desertum Etam iter fecisse, & tum venisse in Mara: vbi primum sciatur oportet quæ sit solitudo Etam. Refert idem Historiographus Israëlitas è Suchot in Etam profectos esse, atque inde iussu Domini tentoria fixisse inter mare Erythræum & exercitum Pharaonis. Declinauerunt ergo à recta via quam prius versus Palæstinam tenebant, à Ramesse in Suchot profecti; quo Deus portentoso victoriæ genere Pharaonem submergeret, ac filios Israël illustrissimò exemplo doceret, nullos iis hostes metuendos esse pro quibus manus diuina pugnat. Cum igitur secundis castris è Ramesse in Etam venerint, quæ est in extremis sinitibus solitudinis, id quæ in recta ad Palæstinam via, dicere oportet, ad ipsum ferè vltimū maris Erythraei sinum Pelusio oppositum fuisse non procul à ciuitate Heroum. Cum igitur mox Suchot, id est tabernacula, siue post prima fixa tentoria in Etam venerint, & rursus per desertum Etam iter fecerint tribus diebus, & in Exodo dicantur statim è mari in desertum Sur venisse; dico totam illam solitudinem quæ est inter ciuitatē Heroum vsque ad proximam maris mediterranei partem, Etam nominari, & eam exordium sumere à deserto Sur, quod opidum nunc Tot dicitur. Agnosco rursus in hoc vocabulo præcæ linguæ vestigia, aut potius arcanum Egyptiorum sacerdotum sermonem, è quo difficultas, quæ hoc loco adfertur, facillimè summo uebitur; & vna tollitur erroris principium, qui in Mosaica castrorum metatione omnia turbauit. Edam hæctenus in Holandia opidum est de præstantissimis calcis satis nobile; quod dico, ut quiuis intelligat vocem nobis hæctenus in vsu esse, non alio variatam quam quod tenuis littera apud Hebræos pro media ponatur; quod eo minus mirum est; quod contra ac ratio postulabat, Tau perpetuò proferant adspiratum. Est autem *דַּאִם* agger fluctibus obiectus, & verò legitimum, fidum, & iureiurando summo omnium firmamento stabilitum significat, ita ut *דַּאִם* nihil aliud sit quam agger perpetuus nullo modo à quoquam violandus aut rumpendus, quippe qui sit ab ipso terrarum creatore constitutus, & æterno ipsius iureiurando fundatus. Ceterum non immeritò quisquam miretur quid factum sit, ut hoc terrarum spatium nomenclatura è primo sermone sumpta indigetur, cum Ramesse, & Tiesse, & Phihacheroth, & Magdalum, & Bagalstephon; & cetera id genus ex alia lingua nomina fortiantur. Herodotus scribit Necum Psamnitichi filium Isthmum inter Erythræum & mediterraneum mare perirampere voluisse; quod cum tentaret, oraculo vetitum cessasse. Scio quæ tam vetusta sunt ut eorum auctor ignoretur, ea ad quemquam eorum referri cuius ad nos memoria & nomen pertinet, & hoc modo fabellam illam præcorum in Egypto sacerdotum, quæ de Bec conficta est, & veram indicat historiam scitu dignissimam, Psamniticho tribui, non tamquam mysticum figmentum, sed tamquam simplicem & nudam rei gestæ narrationem; quæ in ridiculum, ne dicam stupidū, est delirium. Quis enim tam rudis est inter viros vel sapientiæ studiosos, vel alioqui rectæ rationis vsu peritos, ut nesciat locutionem homini minimè esse naturalem, propterea quod nec omnibus eadem sit gentibus, nec cuiquam eius vsus contingat, nisi eam ab alio discat? Eadem via eò ventum est, ut Neco oraculum hoc de Isthmo nõ perfodiendo sit attributum, cum multo antiquius esse ex eo fiat perspicuum, quod tempore Mosis, qui Neco longè est antiquior, iam tum eo, de quo agimus, nõ-

Elut etiam Elus in sacris litteris appellari.

Etam solitudo quæ sit.

Edam Holandia opidum.

דַּאִם.

Necum Isthmum perirampere conans; oraculo fuisse prohibendum; falso tradit.

Elyssum E. yptum & vicina loca diligenter inuestigasse.

Isthmū qui est per perforare voluerit.

Fati etymon.

Etam nominis ratio.

Etam solitudo quo sit.

Beel'sephon à Mofo Bagul'sephon appellata fuit.

West.

mus, nomine vocaretur. Vt igitur illud de Bec commentum multo est quàm Pſamnitichus vetustius, ita & hoc oraculum ad longè altiore quàm Neci ætas fuerit, referemus antiquitatem, dicemusque mox proximis Nochi nepotibus id redditum fuisse. Scimus Elyssum ad longinquas terras populis replendas à parentibus fuisse destinatum. Credibile igitur mihi videtur, huic prius quàm longius euagaretur, diligenter explorasse omnia littora Cilicije continentia, & ad ipsum vsq. Pelusium venisse, diligenterq. illic inuestigasse qualis Aegyptus esset, ac quibus sinibus inclusa. Vel huic itaq. vel eius posteris diuinitus credo reuelatum fuisse, nefas esse hunc aggerem ab ipso creatore inter duo maria constitutum secare. Quod sic arbitretur, facit partim Solinus, scribens Cilices olim ad Pelusium vsque imperasse; partim obseruatio vestigiorum locis vicinis ab Elyſſo aut eius nepotibus impressorum. Quid enim aliud est Elusa quàm clarissimum Elusi monumentum? Iam legatio illa antiquissima Eleorum Aegyptios ad Olympica certamina ptouocantium, quam Herodotus exponit, planè docere videtur, magnam fuisse Elyſſi posteris cum Aegyptiis conuersationem; quam opinor iam olim è vicinia coaluisse. Quid quod Stephanus clarè testetur opidum quoque circa hæc Aegypti loca Elidis nomine dictum fuisse, & id quidem ad ipsam Olympiam Aegypti, de qua mox latius. Hæc mihi satis magna sunt argumenta, aut Elyſſum aut eius posteros de Isthmo hoc perfodiendo primos cogitasse. Quid enim hominibus ad perpetuas nauigationes parentium iussu destinatis gratius contingere potuisset, quàm si per sinum Arabicum ad Indiam aromatum & ceterarum maximi pretij rerum feracissimam iter patuisset? Audiuerant enim à parentibus quàm beata regio illa esset è qua per diluuium in Mærum & finitima loca fuerant delati; quo fiebat, vt maximo desiderio patriæ maiorum suorum tenerentur. Nec dubium est quin intellexerint partim è cæli terrarumq. collatione, partim ex peregrinatione, Arabiam extremam felicissimam esse; & non solum aromatum & gemmarum omni genere, sed plurimo etiã auro abudare. Horum ergo quempiam crediderim vel è vate aliquo vel Sibylla interrogasse, an id quod cuperet exsequi liceret; ac tum responsum accepisse, id factò prohiberi. Fatum autem & Etam eademque res est. Dicitur enim Fatum non à For, vt Latini putarunt, sed à fat, siue Fat dialecto Germaniæ inferioris, comprehendo & contineo; vnde fatum totius vniuersitatis & omnium eius partium comprehensio est: quæ quid aliud esse intelligitur, quàm id quod Homerus catenâ Iouis omnia neclentè denotauit? Quando igitur Etam vnum & vnionem & firmitatem rerum omnium significat, & eam quidem Stigiam, id est, eam quæ omnia constituit, format atque ordinat; quod nos fatum dicimus, idem dixeris siue fatum siue Etam dixeris. vnde efficitur, vt Eedam, siue per tenuem litteram Eetam, agger sit fatalis. Hoc igitur nomen Isthmus inter Pelusium & Heroum ciuitatem iacens iam olim multis ante Necum & Pſamnitichum sæculis vel ab Elyſſo posteris, vel à sacerdotibus illius oraculi conscis accepit: quod qui mirabitur, æquè miretur quæ de Elusa & Elide & Olympia commemorauit. Vt cumque res habet, Herodoti narratio ad Necum relata, & multorum postea eiusdem fossionis molitiones frustra attentatè satis declarant fatalem hunc aggerem esse quo duo hæc maria separantur. Ex his modò intelliges quæ sit solitudo Etam, ea videlicet quæ ad Isthmum hunc, de quo sermo; hinc ex Aegypto, hinc ex Arabia pertinet. Incipit autem hoc desertum è capite ipsius Delta ad sinus Arabici supremum terminum proficiscentibus sex aut septem ante passuum millibus quàm ad mare Rubrum veniatur. Cum igitur Iſraëlitæ è Rameſſes profecti ad primos solitudinis Etam terminos venissent, facile illis fuit ad mare declinare, & castra metari iuxta Phihacheroth, qui locus nõ procul erat ab Arſinoë, quam Moſes vocat Bagulſtephon; licet alij Beelſtephon perperam efferant. Videtur enim hæc vrbs ita quondam dicta fuisse, quod Regi & domino suo præberet vestimenta: pascens enim sic interpretari licet, vt & vestimenta & ornatum significet; cum pascens designet & ornare, pro quo & nasy ponitur. Hinc Exodi viceſimo quinto vsurpatur pro eo quod est auro ornare siue deaurare, in qua significatione non semel legitur. Nos dicimus Dea & West vocali longa, siue West, pro eo quod est fascis complecti; & inde ad quoduis transfertur indumentum quo corpus cingitur; à West vocali breui pronunciatum, quod est firmo. Hinc Latinorum vestis, & digamma in aspirationem mutato Grecorum ἄβη. Quia verò Regū corona, quondam fascia erat capitis confirmandi habens notatio-

notationem, Græci στεφανῶν pro corona posuerunt, ceu West diceretur. Hinc suspicor huius vrbs quondam vestigal fuisse in eo constitutum, vt domino suo ornamenta regia suppeditaret; quod facillimum ei erat propter Arabicam, Persicam, Indicam, Aethiopicam nauigationem, quæ & auri & gemmarum & vestium subtilissimarum ingentem copiam quotidie inuehebat: quo fit, vt non immeritò eam Arſinoë sibi à marito suo Philadelpho dari petuerit, vt prope pretiosissimo ornatum subministrando maxime commodam; quia nimirum in ipso sinus Arabici littore non procul à Delta iaceret. Quod si quis mallet vocem à nasy pro speculari accipere, vt domini specula dicatur, equidem non impedio; tamen mihi superior ratio magis probetur; ac fieri potest vt is qui nomen primus posuit, ad vtramque respexerit significationem; indicare nimirum volens, hanc vrbs domino suo & speculam esse maris Erythraei, & præterea omnem suppeditate corporis ornatum. nasy priore notatione acceptum est, vt dixi, à nostro West: per conuersionem in altera significatione fit à West; quod idem est quod diligenter confidero, vbi littera st pro simplice s positum est; licet & West apud nostrates vsurpetur pro obseruo: quo verbo vtuntur ij qui in scopum sagittas siue balista siue arcu solo dirigunt. Verum & apud hos ambiguum est ad geminam notationem, obseruandi nimirum, & pedem figendi. Porro hys fit à Magal siue Maghet: quorum illud significat omnia appendo, hoc verò supremum rerum omnium appendendarum præsidem. Cuius ergo ea est potestas, vt in rep. omnibus rebus accurato examine ponderandis præsit, is merito Magal & Maghet dicitur. cui accedit quod domini arbitrio omnia sursum & deorsum ferantur, perinde atque lancibus imposita ab ipso aut maiore pondere eleuarentur, aut minore grauiora fieri viderentur. Hoc enim in domini manu situm est, vt quos velit deprimat, & quos velit in altum attollat: quod Hesiodus Ioui supremo omnium domino, cuius alij tenuissimam quandam vmbram desuper accipiunt, eleganter adscripsit. Videat modò qui volat quantum lucis Hebraicæ linguæ intelligendæ & ad primas origines examinandæ noster adferat sermo, qui non rationes modò significationis radicem, sed homonymiæ etiam causam ob oculos ponit, ac simul loca certa in Mosæica narratione designat, ab alijs, quod equidem sciam, necdum vel cognita vel animaduersa, nedum litteris prodita. Sed quoniam non satis videtur constare quæ fuerit Rameſſes & terra Gessen, vbi Iosephus patrem & fratres suos principio collocauerat, videamus quomodo si quid è nominum significatione sanè elicere possimus ad historiæ cognitionem reddendam illustriorem. nasy pluiere significat, vnde terra Gessen est terra pluuiæ; quod nomen conuenit inferiori Aegypti parti, quæ circa Pelusium est & ad Bubastum & loca vicina. Cum enim in superiore Aegypto non pluât, hæc infima pars à pluuiis nomen accepit, quas Alexandriæ & Pelusij crebrò licet videre. Quis hinc nostratiū non videt Gessen à Gessen nostro manare, quod significat effundere? Iam Rameſſes optimam terræ Gessen partem tenuisse, eamque fuisse pascendis gregibus & armentis commodissimam, ipsemet Iosephus, Aegypti supremus secundum Regem magistratus, in Genesi declarat. Quamobrem interpretationem nominis non è frigidis coniecturis aliorum, sed ex ipsa petamus natura locorum. Fuerunt qui commotionem turbulentam Rameſſes verterent: D. Hieronymus tonitruum gaudij intellexit, in eo allegorias inuestigans: Nobis veritas sacra scripturæ suadet, vt pascendorum gregum vestigal interpretemur, eo quod nasy pascere denotet, commune pastoribus pecudum & hominum verbum, quo lyricen Iſſaus vitur ode viceſima secunda, vbi Latini legunt, Dominus regit me, & septuagesima nona, Qui regis Iſraël intende. quibus locis si pascendi notio redderetur, efficacior esset significatio, & Homerice loquendi consuetudini congruentior; qui reges populorum vocat pastores, in quorum numero Christus se principem & fecit & dixit. Sic Hieremias cap. tertio, Et pascet vos scientia & doctrina. Ezechiel summum pastorem sic loquentem adducit, Et ego pascam oues meas. Et ibidem pater de filio incarnando & ouibus, Et suscitabo, inquit, super eas pastorem vnum, & pascet eas. Hinc Abel dicitur nasy fuisse, id est pastor. Altera compositionis pars est West, quo denotatur vestigal regibus & principibus soluendum, à nostro West quo summa è multis congregata denotatur: cuius Iſraëlica conuersio Sam demonstrat multa in vnum congregando hanc summam fieri debere, quod eo lubentius annoto, quod vox Miffa hinc deriuetur; quam si ad originem

Sept. West.

Gessen terra que sit.

Rameſſes quid significet.

Iſraë.

Sam. Miffa vocis etymon.

nem primam voces, intelliges duo simul, & Missam tributum quoddam esse ac vecti- gal regi regum debitum, & tributum hoc nomine dignum non esse, nisi è multis v- num corpus fiat, quod nobis *Mas* significat: vnde rectè Græci *μαζα*, Latini commu- nionem vocarunt: quarum vocum si vera notio errabundorum hominum mentibus incidisset, numquam tantum turbarum de hoc sacramento excitassent. Elegantissima igitur vox est Missa, quam si forma Latinorum Massam vertas, vt absurdus videberis, ita non longè à mysterio Missæ recedes. Latini enim Massam vocant quod Græci *μαζα*, quæ vocabula è prisco sermone remanserunt pro farina in vnum corpus liquoris alicuius adiumento redacta. Idem prorsus priscis Massa quod Mola; & hæc quidem vox è *Mæel* nostro, quo farina denotatur, ad Latinos venit: at significatio Massæ siue Mazæ tanto euentius farinam in vnum corpus coactam repræsentat, quanto vnum corpus è multis factum propius ad rei significatæ naturam accedit. Nobis *Mas* vocabu- lum est commune cuius corpori quod è multis in vnum coiuit, in cuius fabrica no- menclatorem aliquid arcani condidisse Ichnæa conuersio demonstrat. Hinc Masso ver- bum priscis Latinis vsitatum, inter quos Lucretius: *Quod si forte vlla credunt ratio- ne potesse Ignis in cætus stringi massæque corpus.* Hinc modò subodoraberis, nisi tuis naribus omnino hebes sensus sit & obtusus, quorsum mola salsa, à priscis offerri con- ducta, spectârît, cuius rei habuerit figuram, tum etiam cur hostiam omnem farre molito & sale soleant sacrificare. Quippe eo indicatum primi illi Setini voluerunt, quod vltimum & supremum sacrificium futurum esset; ad quod nisi omnis hostiarum ma- ctatio referretur, nihil haberet sanctitatis. Vide in quæ adyta nos rapiat pri- moge- nium vocabulorum examen, quàm abditissima quæque mysteria ob oculos ponat. Ni- hil fuit olim in veris (de falsis non loquor) Theosophoriis Cereri celebrari consuetis arcani, quod ex iis quæ hîc annotaui non reuelatur, si bene omnia ruminentur, & vox *Mas* in prima elementa solvatur; quæ docebunt, ipsam primùm conuenire illi massæ quam multi simul comedentes occultum accipiunt alimentum, & in vnum coëunt corpus, vt simul vno spiritu viuant: quæ omnia tribus litteris significantur, quarum prima patris, secunda filij, tertia Spiritus sancti hypostasin indicat; & earundem con- uersio demonstrat nos per Spiritum ad filium, & per filium ad patrem venire. Ear nunc aliquis & eiusmodi nobis in alia lingua inueniat vocabulum, quo nimirum ex ipsa ele- mentorum natura & ordine tantum significet arcanorum, & quo tam clara & euidentis via monstretur ad salutem atque vitam sempiternam. Regemas igitur nostro sermone primus locus exitus Israëliti ex *Egypto* diceretur, quo pastionis massa denotatur. *Regem* enim nobis idem est quod dirigere, & inde *regit* siue *regit* Iustum, vnde Latinis *Rego*, *Rectum* & *Rex*. Qui ergo dirigit gregem siue ouium siue hominum, is *reges* vocari potest; pro quo Hebræi *Roge* dicunt. Hîc rursus cernis vt *Rex* Latinorum & *Roge* Hebræorum ab eadem radice pullulârît, & item quod *Regis* & quod pastoris sit officium. Græci *ποιμν* pro eodem dicunt, quæ vox fit à nostro *poimann*; & concisè *Botman* siue *Poimann* vt litteræ mediæ in tenuem facilis est commigratio. Ex his modò cernes ipsum itineris filiorum Iacobi exordium nomine suo clarè nobis indicare, quis vltimus fuerit finis ipsorum peregrinationis; nimirum vt in Iudæa ex ipsorum posteritate Christus nasceretur, cuius corpore rota hominum vniuersitas, idolomaniam *Eg- yptiacam* egressa, palceretur; & in vnam massam coiret cum pastore suo vniendam ad vitam sempiternam. Quod si D. Hieronymus & alij hanc vocis significationem & considerassent & secuti fuissent, quanto nobis allegoriam dedissent elegantiorè & ap- tiorè, tum diligenti Mosis in itinere describendo narrationi, tû mysteriis in eo celatis. Credo equidè torum illum tractû qui supra & infra Bubastû est Pelusîû vsque, Raga- massæ nomine fuisse cõprehensum: quod ex eo cõiicio, tû quia in terra Gessen erat, tum quia in hanc Iacob è terra Chanaan prius appulit quàm Iosephus ei occurreret, tû etiã, & id quidè maximè, quod ita castrorû metatio atq. iter à Mose descriptû exigere videat- tur. Quo fit, vt prima *Egypti* pars ex Arabia Petræa & deserto *Eram* veniētibus Gessen dici debeat, cuius optima pars Ragamassa vocabatur, eo quod maximum daret pastio- nis vectigal. In hac regione alius post Pharaon ciuitatem condidit eiusdem nomencla- turæ, & id quidem graui Israëlitarum seruitio. Hanc opinor sacerdotum sermone Bûsi- ridem fuisse nuncupatam, & supremam partem Ragamassæ tenuisse. Dicitur enim Bûsir

Mæel.

Mola salsa, offerri à pri- scis consueta, quorsum spe- ctârît.

Regem. regit.

Ragamassa ubi fuerit sita.

Bûsir nostra lingua is qui plurimum alit, ceu *Doisfer* diceretur: quo factum est, vt in hac vrbe maximum templum Isidi fuerit dedicatum, quæ meritò Bûsir dici potuit, propterea quod verum animorum pabulum, & quod plurimum homines alit, fit ipsa sapientia diuina, quæ Isis vocatur; ceu dicas Est Est, qua geminatione filius designatur *Isis*. æterna patris sapientia atque vox, vt in Hermathena & alibi declarau. Hinc à priscis institutum, vt secunda *Egyptiorum* festiuitas in hac vrbe celebraretur; vt nimirum tem- poris quoq. ratio Isidis & nomini & personæ responderet. Quod rogo pane cælesti va- lidius & robustius dari queat alimentum, quo qui passus fuerit, in æternum non fa- mebit? Vide quæso veteris theologiæ & perennis vestigia minimè obscura. Vide rursus quod scæda hominum vel insania vel ignorantia sanctissimas id genus nomenclaturas de- torserit, ac quibus è principiis idolomania manârît. Sed his immorandum non est. Ve- rumenimuerd dicit quis, Quid tu nobis de Bûsiride comminifceris? an ignoras Bûsiri- dem crudelissimum fuisse in hospites omnes tyrannum?

Quis aut Eurythea durum, Aut illaudati nescit Bûsiridis aras?

Scio sanè fabulam hanc de Bûsiride apud poëtas celebrari, sed & illud scio, vnde ea orta & qua occasione conficta sit, nemini hæctenus constiisse. Ouidius libro primo De arte amandi tenuem quandam rationis ymbram indicauit, sic canens;

Dicitur *Agyptus* caruisse inuuantibus arua
Imbribus, atque annos sicca fuisse nouem;
Cum *Thrasius* Bûsiridæ adit, monstrâtque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
illi Bûsiridæ, fies Iouis hostia primus;
Inquit, & *Agypto* tu dabis hospes aquam.

Alij ferunt hospites passim necasse, & tandem ab Hercule fuisse interemptum. Ex his equidem coniecturam facio, quæ de hospitibus malè tractatis dicuntur, ad Israëlitas pertinere; quorum vnus beneficio à fame septem annorum fuere seruati; erga quos postea tam fuerunt ingrati, vt masculos ipsorum infantes occidi iusserint, & ipsos ad iniquissimos condemnârint labores; inter quos Bûsiridis etiam vrbis edificatio nume- rata figmèto dedit occasionem, quo hospites dicuntur à Bûsiride maectati; & id quidem ad aras, quia inter cetera opera templorû structura omnium esset molestissima, & tam crudeli rigore exacta, vt neci par haberetur. Hunc deinde *Hercules* dicitur occidisse, quod videlicet quicquid potenti Dei manu de tyrannis sumitur vltionis, id *Herculi* attribuatur, cuius nomen nihil aliud sonat quàm masculum robur totius vniuersitatis. Bûsiridis autem ciuitas ob id maximè ad fabulæ partes venit, quod Israëlita illic maxi- mè fuerint vexati, & quod inde tandem discedentes omnem Regis exercitum in mare *Erythræum*, quo obruti sunt, pertraxerint. Prisca igitur quædam fama ad Græcos per- uenerat de fame septennali, quam in nouennalem commutarunt; & de hospite *Iosepho* qui populum à fame seruauit, & de hospitibus post crudelissimè vexatis; & de vindicta diuina contra *Egyptum*, & maximè Bûsiridem ciuitatem, quam Israëlita postremam intolerabili labore & sumptu cõstruxerant, & è qua profectiõne suam in terram diui- nitus promissam sunt exorsi. Et hoc quidem modo vetus fabula Mosaicæ historiæ col- lata cribratur, & quantum in ea sit veritatis aperitur, è qua luculentû etiam testimonium nostræ accedit opinioni, quæ Bûsiridem & Ragamassam eandem facit ciuitatem. *Dio- dorus Siculus* meo quidem iudicio turpiter labitur, dum Bûsiridem, Thebas, & Solis vr- bem eandem urbem esse scribit: quando clarum est Heliopolim, quæ *Bethames* sermo- ne Hebraico vocatur, & Thebas *Egyptias* à Bûsiride diuersas esse. Vt enim *Ptolemæû* & *Strabonem* præteream, ipse *Herodotus* clarissimis verbis Thebas & Heliopolim & Bûsiridem distinxit, cui fides eo magis habenda, quod eas vrbes discendarum antiqui- tatum studio in primis visitârît. Ceterùm vt vrbi hoc nomen fuit conueniens, tum pro- pter loci naturam pabuli fetacem, tum propter Isidem solum & verum omnis animo- rum cibi fundamentum; ita crediderim regem quoque eum, à quo *Iosephus* summo *Egypti* magistratui est inauguratus, Bûsiridem à sacerdotibus appellatum fuisse, pro- pterea quod eius cura *Iosephus* *Egyptiis* procurârît alimenta septem annorum, quibus agri steriles manserunt. Cognomen profectò plurimum nutritis hic Pharaon meruit;

Bûsiridæ etymon.

Egyptiorum altera festi- uitas in Bûsi- ride vrbe esse soleat cele- brari.

Bûsiridis fa- bula.

Israëlitarum in *Egypto* seruitus & inde egressus, è fabulis & veterum hi- storis illu- strata.

Bûsiridæ eni- hospites ma- ctare singâ- tur.

Bûsiridæ ciui- tas ab Israë- litis adificen- ta.

Ragamassæ eandem quæ Bûsiridæ.

Bûsiridæ rex id fuit qui Iose- phum *Egypto* præfecit.

quandoquidem, nisi de hospitis vaticinio futura necessitati prouidisset, vniuersi Aegyptij & Israelitae fame fuissent enecati. Licet ergo Diodorus in ciuitate Busiride errant, hoc tamen verè ab eo proditum est, post hunc regem, qui primus Busiridis nomen meruit, octo Busirides in Aegypto ordine successisse; quorum postremus tyrannidem in hospites Israelitas exercuit, & inter alia opera Busiridem ciuitatem ad Nilum condidit; quem Hercules ob iniurias hospitis illatas occidit. Totidem enim Reges ab Eusebio enumerantur, tamen nulla apud eum huius cognominis fiat mentio. Miror sane vnde acciderit vt veriora Diodorus & Eusebius scripserint, quam vel Manetho vel Cheremon, quorum fabulas Iosephus solidis argumentis profligauit. Verum quæ de Regibus pastoribus scribit Eusebius, aiens eos centum & tres annos regnasse, & vltimum eorum annum incidisse in duodecimum præfecturæ Iosephi annum, haud equidem scio qui ad sacram Mosis historiam quadret. Nam cum Iosephus in Aegypto venit, Reges Pharaones, non pastores, vocabantur; nec ab illa tantum ætate, sed multo etiam prius ex iis quæ de peregrinatione Abraham in Aegypto scripta sunt, quibus intelligit. Nec video item qui congruat veritati, quod primum regis Amasis annum sexto anno famis Aegyptiacæ adscribat, quasi vel illo vel superiore anno Pharaon mortuus fuisset, qui Iosephum inaugurauerat: cuius nullam mentionem in sacris litteris habemus, habituri haud dubiè si res ita accidisset. Quid? quod si eo anno obiisset, falsum fuisset Iosephi vaticinium, quod Regi septem annos fertilitatis, & septem annos sterilitatis prædixit. Deinde, nonne Iosephus ab eodem Pharaone magno comitatu dimissus est, vt patrem in Ephrata è regione Mambre in terra Chanaan sepeliere? Quorsum igitur Amasis nouus rex anno famis sexto inducitur, ceu prior è viuis excessisset? Quod igitur de pastoribus regibus à Manethone dictum est, id vel ad Iosephum & eius fratres referendum est, Eusebiano calculo non paulo posteriores, vel nihil habet veritatis. quo fit vt multo minus sacris litteris consentaneum sit, & ante Iosephi aduentum & ipsius etiam tempore pastores in Aegypto imperasse. Quamobrè dicemus Pharaonem qui Iosephi tempore regnauit, primum esse Busirim, & eum quidem, vt nomen præfert, laudatissimū, & alios huic octo successisse, quorum vltimus ab Hercule occisus sit, id est potenti Dei manu percussus & obrutus mari Erythraeo. Prius autem quam hic postremus Busiris Ragamassam Hebræorum seruitio condidisset, potissima pars Israelitarum Bubasti habitabat, & inferiora ad Pelusiacum vsque ostium tenebat. Vnde fabula Cheremonis quam de exitu Hebræorum fingens scripsit, trecenta octoginta millia virorū ad ostium Pelusiacum fuisse, qui leprosis contra regem Aegypti adiuuerint: quod signum Iosephus reiecit; sed vnde ortum habuerit, non indicauit. Quod autem antea Bubasti habitarent, de Manethonis testificatione constat, qui hanc urbem olim Auarin vocatā fuisse scribit; quod nomen si de sacerdotū sermone interpreteris, deprehendes idem notare ac si dicas, omnium bonorū mobilium custodiam. Nos *Haueuar* diceremus. Crediderim itaq. hanc urbem ab Hebræis conditam fuisse permissu Pharaonis, quo & sua omnia in tuto haberent, & Aegyptiis, si qua vis ab Orientalibus ingruisset, præsidio forent, & singulari in prohibendis hostibus adiumento. Hinc colligo Bubastum etiam eadem ex lingua nuncupatam, quo nomine, licet diuerso, idem tamen ferè denotatur. Si enim roges quemquam nostratum quid sit *Behuivastum*, è quo fit Bubastum; respondet, nihil aliud intelligi quam si dicas, custodiam omnium fructuum. Quod si Busiridis nomen à *Behui* etiam deriuces, nihil aberrabis: eo quod *hui* pro nutritio fiat à *Behui* duabus syllabis in vnam coeuntibus, & Beta mutato in digamma discriminis causa. Prima enim vitæ custodia est nutritio, citra quam nulla custodia constare potest. Siue igitur custodem, siue pastorem alimenta copiosa suppeditantem Busirim dicas, idem dixeris: nec repugnabo si *Seer*, è quo fit *Sir*, pro domino accipi dicas, vt idem sit *Seer* & *Deer* vt *Salt* & *Halt*. Antiquis enim *Seer* pro maiore domino in vſu fuit, eo quod sibilus plus virium significet quam aspiratio qua est in *Deer*. Hinc apud Gallos hætenus *Sire*, & apud Anglos *Sere*, & *ἱε* Hebræorum pro principe, quod eum *v* frequentius scribitur cum puncto in sinistro cornu. Nos diuersis litterarum sonis diuersas tribuimus figuras. Sicut autem hæc à *Seer*, ita Herus ab *Deer*, licet temporis ratio corrupta sit, apud Latinos. Busiris postremus à quibusdam Rameſſes, ab aliis Ramſes per syncopen vocatus est; à ciuitate, ni fallor, quam condidit. Sed plus satis modò de Ragamassa, è qua Hebræi sese itineri accinxerunt. Quod si cui odiosa sit prolixitas, is cogitet

Aegypti reges Pharaones appellati.

Bubasti in Aegypto habitauerunt Israelitae.

Auaris eade qua Bubastum

Bubasti etymon.

Busiridis etymon aliud. Hui.

Seer.

cogitet non me in causa esse, sed errores aliorum; quos dum corrigere nitor, videor mihi in Augiæ stabulo repurgando versari: aded semper error errorem trahit. D. Hieronymus enim Ragamassam Arfinoitico nomo attribuit, quod falsum esse ex eo liquet, quod nullo modo potest in Arfinoen quadrare. E Ragamassa profecti sunt recto itinere desertum versus, in cuius viciniam cum venissent, primum sub tentoriis & pelilibus quieuerunt; & inde his suis primis castris nomen *מגדל* siue *מגדל* dederunt, quo vmbacula denotantur. *Sra* enim vmbam significat, & *Sra*not id quod ad vmbam faciendum est necessarium, vnde Græcorum *Scena*, & Hebræis *מגדל* pro tabernaculis & miurorum testudinibus in modum scenarum factis, sub quibus propugnatores tuti sint. E Suchot venerunt in Etam, quæ est in extremis finibus solitudinis Aegyptum versus. Hinc Dei iussu reuersi venerunt ad os fossæ quæ Arfinoen spectat, vbi castra metati sunt ante Magdalum. Quod autem dicam Pihacherot os fossæ esse, id mirum videri non debet, cum *חכר* scilicet significet ac effodere, quod prius ad fossas quam ad litteras excauandas vsurpatum est, haud secus atque exaratè prius ad terram quam ad tabulas fuit relatum. Sic apud Græcos *χαιρα*, vnde Charax, prius notauit fodio quam ad litteras in cera aut are aut marmore exarandas transfret. Est autem harum vocum origo è nostro sermone, in quo *Cha*st fossam significat, & *Cha*uen fodere siue exsculpere, vnde *χαίρω* Græcorum. Fuit autem hæc fossa, cuius hic mentio fit, eam quam Strabo docet Arfinoen versus tendere è Nilo, inchoatam primum à Sefostri, post à Ptolemaicis regibus interpolatam, & euripum factum qui circa mare Erythraeum clausus maneret, ne mare exestuans Aegypto infunderetur. Siue Sefostres siue alius fuerit qui hanc fossam fecit; certè ex hoc Mosis loco constat antiquissimam esse & multis sæculis Troiano excidio priorem. Nescio quid D. Hieronymo in mentem venerit, vt *חכר* os nobilium interpretaretur, & tamen addat vocem *Chet* habere, quod ipse & multi cum ipso Heth pronuntiant; sed vitiosè, vt Hieroglyphica mea demonstrant. Si *χαιρα* & *χαιρα* voci Hebræicæ contulisset, è Græcis mox cognouisset huius elementi potestatem. Castra itaque hæc ad extremam oram fossæ fuerunt; cuius habitenus etiamnum principium cernitur. Traianus ambitiosus in alienis operibus reparandis & sibi adscribendis, fossam hanc ad ciuitatem Heroum diuertit, quo per eam vectura Arabiam Petraeam versus daretur. Ptolemæus auctor est eam per ciuitatem Heroum & Babylonem in Nilum deriuari sub fluminis Traiani nomenclatura. Strabo Heroum ciuitatem Arfinoe proximam facit, & Cleopatridem in vltimo sinus Erythrei recessu, eo qui Aegyptum spectat, collocat. Equidem ex horum inter se collatione suspicor, opidum ad caput fossæ olim conditum primum Pe Cherot dictum fuisse, ac deinde peruerso ipsius *Chet* sono, Herot dici cœpisse: vt pro Cham Aegyptij & Hebræi, quos D. Hieronymus duces habuit, dicunt Ham. Post, vt ex Elut factum est Elus, ita è Herot Heros, atque aded hinc euenisse credo, vt Heroum ciuitas vocaretur; & D. Hieronymus excusari possit, quod nobiles pro Heroibus acceperit. Herodotus hanc fossam alitè exorditur, & tot amfraetibus & mæandris huc illuc detorquet, vt quatuor dierum habeat nauigationem. Verum vt innumera in Aegypto fossæ fuerunt, ita nulla vel antiquior vel nobilior quam hæc ad mare Erythraeum è Babylonia ducens. Porro non satis fuit Mose extremam fossæ oram designasse, nisi & alterius antiquissimi opidi designatione castrorum locum insigniuisset. Adiecit enim in conspectu Magdali Israelitas tentoria fixisse, quæ vrbs è Syria per desertum Etam Babyloniæ proficiscentibus ferè prima occurrit: quod ex eo perspicere licet; quod Herodotus commemoret, ad hanc Syros Aegyptum aggressuros à Neco cæsos esse. Videtur hæc olim princeps vrbs in illo tractu fuisse, & idcirco à Mose diligenter annotatam habemus: cuius rei indicium nomen præfert. Strabo Arfinoeticum nomen beatissimum facit, aiens magna diuersorum fructuum copia maximè abundare; quod si sic est, quid ni dicamus opidum à sacerdotibus *מגדל* siue *מגדל* vocatū fuisse, à *מגדל* & *מגדל* vocem compositam esse, vt non alitè denotetur quam excellentia præstantissimorum. *מגדל* enim in fructibus, in auro, in omnibus denique id significat quod optimum est, à nostro *מגדל* quo vis magna & vehementia denotatur; vt cum dicimus, *Magd* pro eo quod Latinus diceret, Bonus est maiorem in modum; siue Bonus in supremo bonitatis gra-

Israelitarum è Ragamassa desertu versus profectio. Sca.

Suchot. Etam.

Pihacherot.

Cha. Chaueit.

Traiani sinus in Aegypto.

Heroum ciuitas.

Magdalum.

Magdali etymon.

Magd.

tis gradu. Non multum abfui ab illa suspicione, vt crederem opidum hoc nomen fortitum olim fuisse à virginibus, ceu virginis portio diceretur, quam nos vocaremus *Magt def.* Vtraque sanè ratio arripet aded, vt nesciam vtra potior dici debeat. Quòd si quod opidum virginibus dandum fuit, certè illud maximè conueniebat, quod cum omni pomorum genere præ cæteris Ægypti partibus maximè abundaret, tum & mare & fossam nauigationi commodam haberet adiunctam, & proximum esset Arfinoæ, vrbi gemmarum & aromatum mercatu nobilissimæ. Adde quòd montes etiam non longè aberant quos posterior ætas Troicos vocauit. Diligentissimus profectò fuit Moses in castris describendis è quibus per mare Erythræum Israëlitarum portentofo itinere profecti sunt. Os fossæ nominatur; Bagal Stephon additur, quæ vrbs postea Arfinoë vocata est; licet alia quoque procul à mari eiusdem nominis ciuitas in Ægypto esset. Adiungitur deinde Magdulus, vt interim taceam quòd eos dicat ex hoc littore mare transisse: è quibus omnibus efficitur clarissima & certissima loci delineatio. Ex hoc igitur loco mare Erythræum transgressi sunt; & ex opposito littore, in quo Sur erat opidum, hodie Tor vocatum ea quam dixi sibili in Tau permutatione, profecti sunt prius per desertum Sur, deinde per desertum Etam ad illud repetendum iter quod primùm tenuerant, dum è Suchot in Etam irent. In Exodo enim dicuntur è mari in solitudinem Sur exiisse, & in Numeris dicuntur tribus diebus iter fecisse per desertum Etam; quibus è locis efficitur, eos ad rectum in Palæstinam iter contendisse, & illud quidem quod secundum mare Gazam ducit, quia minus haberet solitudinis & montium; & præterea loca ad comœatum & vitæ necessaria suppeditanda magis accommodata propter nauigationem, cuius vsu omnia ad littoralem oram inuehi possunt: qua de causa tam multa opidula & vici inter Pelusium & Gazam numerantur. Hactenus ij qui Damasco in Babylonem Ægyptiam per camelos magnis cateruis proficiscuntur, non antè ab hoc littore discedunt quàm ad desertum Etam ventum sit: quòd quidem non ante adspirant quàm lacum Serbonidem à sinistris reliquerint, & Casium montem à dextris. Tertio itaque die magnis itineribus in Mara, vt in Numeris, siue, vt in Exodo scribitur, Maratha venerunt: vbi aquas quidem inuenerunt, sed salas. Cùm itaque in solitudine aquas non inuenissent, verisimile est eos magnis itineribus ad litus Pelusiacum contendisse, in quo tribus diebus absumtis ad partem proximam Serbonidis lacus venisse reor: qui quòd nitrosus esset tum propter suas ipsius exhalationes, tum propter arenas nitrosas quas ventus in eum immittit, non fuit aptus ad bibendum. Hoc stagnum eum situm habet, vt angustum iter inter se & mare relinquat, & in longitudine ducenta habeat stadia, in latitudine paulò plus minus quinquaginta: quod desertum versus productum, iter è Sur valde reddit periculosum, eo quòd crebrè ad ripas ita arenis vento impulsis oppleatur, vt homines fallat, quos velut per siccum ingressos, occultis barathris absorbet. Spatium itaque quod inter litus maris Rubri Sur opido vicinum & lacum Serbonidem interiacer, vix iustam habet trium dierum profectionem. Nam inter mare Rubrum & litus Pelusiacum Herodotus mille dumtaxat stadia computat, quæ ad Italica milliaria minima reducta, centum & viginti quinque reddunt. Hinc si lacus ipsius extensionem & quod inter lacum & mare mediterraneum Pelusio vicinum interiacer adimas, iter militare trium dierum relinquetur; & illud quidem non nimis magnum iis qui festinant & iumentis abundant; vti Israëlitarum tum temporis recens Ægyptum egressi, & omnibus rebus quàm optimè & copiosissimè instructi. Ceterùm quia nemo, quod equidem sciam, ante me Mosem è deserto Sur mare mediterraneum versus profectum fuisse animaduertit, paulo diligentius itineris ratio supputetur, quod vt fiat, Bellonius nobis fuerit adiumento, qui à monte Sinai, quem omnes Sinai montem esse ad hanc vsque diem tenuerunt, quinque dierum iter esse dicit vsque ad mare mediterraneum, & idem deprehendit duorum dumtaxat dierum iter esse à Sinai ad Tor vsq. siue Sur, in cuius desertum Moses populum è mari Rubro deduxit. Duorum igitur dierum itinere mari mediterraneo fuit, quàm mons Sinai vulgo creditus, vicinior: quo fit, vt non solùm ad Selbonidem lacum, sed si rectà perrexisset, ad ipsum vsq. mare mediterraneum, vel saltem ad Elim trium dierum itinere potuerit peruenire. Verùm licet magnis itineribus aquarum penuria proficisci cogeret, nos tamè impedimentorum etiam rationem habemus; & tertio die à Tor dicimus Mosem ad Mara venisse.

Moses

Moses igitur quia aquas Maratha amaras inuenit, vocauit eas Mara, id est, amaras. *Amarus sa- 72 & 73* enim lingua Hebraica amaritudinem significat, siue amarum, à nostro *Mar.* quod est demorari. Amarus enim sapor nos ab eorum gustu quæ amara sunt, retinet. vnde Latini suum amorem habent Amarum. Sicut enim quæ grata sunt palato, nos rapiunt, ita quæ displicent, nos ab edendo & potando demorantur, vti in iis videmus euenire qui amara medicamenta capere coguntur, quos frequenter diu prius videas tergiversari, quàm vt hauriant, adduci queant. Nescio antea ab Elyssi posteris *Mooyhoor* vocatum fuerit hoc stagnum; hoc scio, vocabulum non malè in lacum quadrare. *Mooy Mooyhoor.* enim nobis lacus est, siue terra aquis permista: vnde *Mooyhoor* paludum caput notaret. *Mooyhoor.* Coactus autem est Moses populum suum circumducere ad sinistrum paludis latus, quia dextrum montibus erat impeditum. Venit igitur in Helim, vbi duodecim reperit fontes, & palmas septuaginta. Stephanus Elim opidum esse dicit ad Olympiam Ægyptiacam, quod nomen vnde sumtum sit, ex iis quæ antè diximus, clarum est. Opinor Eleos Peloponesiacos hic vicum constituisse, vt inde aquas nauibus suis inferret. Vocarunt autè Olympiam templum Iouis Casij, ad Olympiam opidum Peloponesi alludentes. Ex *Olympia.* Elide igitur ad Casium, & Elusa ad Añon-Gaber perspicuum sit, hæc loca Elyssum & ipsius posteros frequentasse; & inde suspicor, lacum hunc olim salinas & nitrarias officinas habuisse, ac deinde fortasse mansisse neglectum, eo quòd ecregma, per quod mare immittebatur & emittebatur, vel arenarum vi vel alia quapiam occasione fuerit obstructum. Iuvat hanc meam suspensionem Herodotus, qui non Serbonidem aut Sirbonidem *Selbonidis lacus idem quòd Serbonidis.* stagnum vocat, sed Selbonidè: quo fit vt credam, non à Serbone quopiam Ægyptio, sed à sale, quem illinc Peloponesiaci petebant, nomen habuisse. *Selwon* enim, vnde Selbon, idem est quod salis quæstus, vocabulum ea formula factum quæ nomina à præterito imperfecto ducit. *Won* enim idem est quod lucrabar, à *Wun* præsentis. Elis ergo Ægyptia pagus Eliacorum videtur fuisse ad ipsos fontes constitutus, ad quos palmas quoque plantatas fuisse, tum de locorum quæ hactenus palmas ferunt natura, tum de Eliacorum industria, verisimile est. Elidem ego Belbam, siue, vt vulgò vocatur, Belbes esse crediderim; quam Bellonius de palmarum copia celebrat, à quibus regionem Palmiram, ni fallor, vocat, longè diuersam à Palmirena. In eo castro quod exiguum esse dicit, plurimum omnis generis eduliorum venale se reperisse scribit; & inde ad mare mediterraneum, quod non longè abest, venisse. Itinerum ratio & castrorum interualla apertissimè eos redarguunt qui Israëlitas è mari Rubro montem Sinai versus ducunt; eum, inquam, quem vulgus hactenus hoc nomine vocari credidit: quòd quidem fecerunt maris Suph occasione, ad quod ab Elide castra dicuntur mouisse. Quauis verò *וַיֵּלֶךְ*, quasi in Elide dicas, soli castello tribuatur, ego tamen viciniam etiam hoc nomine intelligo, eodem modo vt Elis in Peloponeso & regionem & urbem notat. Vallis ergo ea quæ palmas aliquot adhuc alens, & aquæ dulcis puteum habens, ad Belbes ducit, eodem nomine comprehendetur. Ab Elide enim ad mare mediterraneum, quod Casium alluit, sunt profecti; & inde ad desertum quod montibus Idumæis ab occidente & meridie adiacet. Moses enim Numerorum cap. tricesimo quarto terram Chanaan à meridie terminat solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, quod longè abest vt ad maris Erythræi viciniam referri possit, vt ex præmissis perspicuum est. Annotandum, Sin hoc loco per litteram *Sin.* quam Hebræi Zade vocant, scribi, vicefimo septimo eiusdem libri, & Iosue decimo quinto, & Deuteronomij tricesimo secundo scriptum reperitur, cùm cap. Numerorum tricesimo tertio per Samech scribatur: quod ea de causa indico, vt cernatur quàm antiqua sit litterarum apud Hebræos confusio, quæ clarè demonstrat, eos verum litterarum discrimen ignorasse, & idcirco earum inuentionem ipsis minimè deberi. Equidem *Sin* vocali longa desertum hoc ab Elyssi posteris nominatum credo, & ab ea voce *Sin.* caput recisum esse. Nos enim *Wustim* dicimus pro quauis solitudine & eremo. E deserto venerunt in Daphca, quod nomen vici vel opiduli videtur, quod ab Elusa in solitudine proficiscens occurtebat; quasi diceret arenas ad transeundum difficiles. *Wap* enim idem est quod puluerem versare siue manibus siue pedibus, vti pueros frequenter facere videmus; atque aded non alio ferè verbo in arenis transeundis vtimur. *Wap.* Qua verò idem est quod malum; ita vt Dapqua idem sit quod malum transitus arena- *Wap.* rum. Hunc locum non procul à Selbonidis parte orientali fuisse credo, & eius nomine *Wap.*

H 4 homines

homines periculi moneri quod ab aquis eius occultis posset euenire. Quo tamē verum fatear, equidē suspicor in קפא Quof loco duplicis digamma positiū esse, & He loco Ain vel Chet, quod si ita sit, *Dapweg* siue *Dapweg* habebimus, quo significatur via arenosa & profunda, qualis hactenus ab eo loco Elanam ad mare Erythraeum à Gaza profici- scentibus videtur. Habemus & nos arenas id genus, vt, nisi cursim & leuiter transeas, demergaris. D. Hieronymus scribit, quosdam Rapca legisse pro Dapca, propter exi- guum ipsius Daleth & Res discrimen. A Dapca transferunt ad Elus, quam docui esse Elusam Ptolemæo, Idumæorum ciuitatem, ab Elusto quondam iuxta mare & Afion- gaber conditam. Ab Elusa Raphidim venerunt, quam Raphiam vocat Strabo. Ea est post Gazam desertum & Ægyptum versus tendentibus in finibus Idumæorū, ad quam Ptolemæus quartus cum Antigono memorabile prælium commisit. Quoniam autem castrorum mutatio inter Helim & Raphidim valde exigua erat, in eodem maris medi- terranei littore paruo locorum interuallo facta, Moses in Exodo ab Elide ad Raphidim transiit, relictis castris primū ad mare, deinde rursus in desertū Sin, post ad Daphca, hinc ad Elus, ab Elusa ad Raphidim; ita vt quatuor castrorū mutationes omiserit, quas post in Numeris exponit sigillatim. Loca enim omnia ab Elide vsque ad Raphæam pertinent ad desertum Sin, siue Sin, vt malè pronuntiant Hebræi. Nulla itaq. est inter Numeros & Exodum discordia, propterea quod ad Raphæam vsque arenosum deser- tum extendatur, vt è Strabone & recentioribus discas. Videtur autem hic locus Ra- phidim dictus, quasi קפא, quo locus significatur in quo lectus stratus est: à קפא, quod patet è Iob cap. decimo sexto, vbi Latini habent, *In tenebris strani lectum meum.* & iterum quadragesimo primo: *Sternet sibi aurum quasi lutum.* Hinc Canticorum cap. tertio קפא reclinatorium vertitur, quam significationem secutus, Rephidim cubandi loca non malè veritas. Quod si Daleth omisum fuisset, vt est apud Græcos, Raphæa nomen habere potuisset à medicina quam Deus hoc loco ostendit, dum siti enecatos largis aquis è petra virgæ icu manantibus refocillauit. Verum nomen antiquius vide- tur, & ab ipso loci situ, ad quem primò ex eremo venit, acceptum. Ceterum hinc maxima rursus exoritur difficultas è peruersa multorum opinione, qui credunt mon- tem è cuius rupe aquam portentoso virgæ verbere Moses eduxit, longè terrarum à Ra- phæa remorum esse. Conferenda itaque sacræ scripturæ loca in quibus huius rupis Oreb mentio reperitur, quorum cum vnum in manibus nunc habeamus, nō possumus vilo modo adduci, vt petram Oreb longè à Raphæa remoueamus, nisi tam velit quis esse temerarius, & in errore, quem semel imbibit, retinendo & defendendo obstinatus, vt sibi potius quàm Mosis narrationi nos credere debere arbitretur. Ad ipsam Raphæa siti laborarunt Israëlita; ei siti Deus aquis è rupe percussa manantibus occurrit. Vbi igitur rupes Oreb quærenda quàm ad Raphæam? At Raphæam à Gaza ad Ægyptum de- clinare Strabo demonstrat, & quæ modò à me dicta sunt, ea omnia vno consensu euin- cunt Raphidim & Raphæam eandem esse. Est & septimo Iudicum cap. insignis huius rupis mentio, vbi princeps vnus Madianitarum Oreb vocatur, & in Oreb petra occidi- tur, vnde factum, vt quidam putarit ab eo rupem nomen accepisse, quod fieri non po- test, cum Moses eam eodem nomine multo antea vocarit. Vbi autem & circa quæ loca Gedeon Madianitas vicerit, colligendum est è locis ad quæ vsque vastando omnia hos- tes progressi esse dicuntur. Capite sexto docemur Madianitas & socios omnia per to- tam Iudæam depopulatos fuisse vsque ad Gazam. Rupes itaque in qua Oreb occisus est, Raphæa proxima est, è valle Raphaim confurgens, ad quam vallem vsque Iudæ portio meridiem versus pertinebat, cui vicina erat Cades in eadem sorte recitata, ad quam per Sina terminalis linea veniebat. Vnde liquet, Cades, Sina, Raphaim vallem, & in ea Ra- phæam opidum in terminis Idumæorum fuisse non longè à Gaza, quam vnà cum vicis vsque ad torrentem Aegypti Iudæ videmus adscribi. Iesaias repetit, Oreb Madianitarū principem in petra Oreb occisum esse. Iam mons Oreb mons Dei vocatur, & idem mons Sinai. Cum igitur è rupe, quæ est in monte Oreb, percussa aqua populi ad Ra- phæam siti restinguendæ manarit, satis constat & montē Oreb & montem Sinai eundē montem esse, & vno nomine Dei montem vocari. Exodi enim cap. tertio Oreb mons Dei dicitur: & idem eodem nomine cap. decimo octauo, vbi Ietro sacerdos Madian dicitur ad Mosē venisse, haud dubium quin è patria sua Madian, vti vicina. Eodem igitur

Elus.

Raphidim.

Oreb petra
vbi sita fuit.Mons Oreb
idem qui Si-
nai, & mons
Dei.

igitur venit Ietro, vbi Moses, cum oues pasceret, Deum vidit sub specie flammæ ardo- ris: qua de re mons Oreb, mons Dei vocatus est. Est igitur Oreb à Gaza per Raphæam Ægyptum petentibus ad sinistram versus desertum affurgens, sed non maiore à Ra- phæa interuallo quàm vehementissima sitis curanda postulabat. Relicta igitur Ra- phæa, ad montem & eius aquas tentoria in deserto fixerunt, quod mox sequenti cap. desertum Sinai vocatur; in quod à Raphæa declinantes sub ipso monte castra posue- runt: vbi mox additur Mosē in montem ad Deum ascendisse, & eodem cap. semel atque iterum mons Sinai vocatur, vocula per Samech scripta. Desertum igitur Sinai, est desertum quod ipsi monti adiacet: ac mons quidem ad orientem Raphæa situs est, qui sine discrimine modò Sinai, modò mons Oreb in sacris litteris nuncupatur. Nam tricesimo tertio Exodi capite postquam iam sæpius montem Sinai Moses nominasset, rursus eum vocat montem Oreb. Verum video graues & eruditos viros in vtroque ho- rum nominum non parum offendi, propterea quod diuerso modo vtrumque scriptum reperitur; aliàs enim Sinai, aliàs Sina scribi vident: deinde in Iosue decimoquinto capite קפא inueniunt, per Sade, vt ipsi vocant, litteram, non per Samech, vt Sinai scribitur, exaratum. Ad hunc modum Oreb etiam diuersam habet scripturam. Aliàs enim קפא aliàs קפא aliàs קפא inuenitur, qua scribendi diuersitate putarunt quidam va- riarī significationem; verum nimia id est curiositatis, aut potius negligentia, quando ex iis quæ adiciuntur clarè cernitur, tria hæc nomina pro monte eodem esse capiendā: quod sigillatim declararem, nisi & facile id cuius scirem esse factū, & superfluum ve- rerer prolixitatem, vbi ceteroqui res per se nimium prolixa & plurimis salebris impedi- ta plurimum adferunt impedimentorum. Non rarum est litteram y pro Chet poni, neque absurdum; cum y per Gh debeat efferri, & Chet idem sonet quod Chi Græco- rum. Siue igitur Choreb, siue Choreba, siue Ghoreb apud Hebræos inuenias, eundem intellige montem notari: & similiter siue קפא siue קפא siue קפא scriptum videas, idem ti- bi mons capiendus; inter quem & Elim desertum קפא siue קפא vocabis. Vnde perspicuum fit, iter ab Eli maxima parte per desertum Sin fieri, & Sinai eum esse montem qui ex Ægypto venientibus circa Raphæam se ad dextram ostendit paullo prius quàm Gaza limites intres, aut potius in ipsis Gazzæorum & Idumæorum confinibus dexter videtur. Vide quæso quanto terrarum interuallo in hoc monte designando hactenus omnes aberrarint, quàmque longè & à Mosis narratione & geographia eorum recedant commenta, qui Choreb & Sinai distinguunt, montes hos ad finem Arabicum procul à Iudæa terminis remouentes. Ac quia illic montem Sinai collocant, & de Mosis rela- tu intelligunt Raphidim & Afiongaber huic monti proxima esse, coacti sunt Ra- phæam & Afiongaber & loca finitima à mari mediterraneo ad mare Erythraeum trans- ferre. Deinde citra omnem causam Israëlitas à meta ad carceres reuocant, & ab Idu- mæis finibus Iudæam terminantibus miseros homines ad mare Rubrum redire com- pellunt; quod tam absurdum est quàm quod absurdissimum. Quis rogo tam insanus sit, vt ab Elusa & Raphæa reuerti velit ad Elaniticum Arabici sinus recessum, vt iter in Iudæam instituat: ac si quis tam insanus esse fingatur, qua ratione per mediam soli- tudinem, quæ inter Raphæam est & Elaniticum sinum, tantam aquæ copiam portabit, vt toti sufficiat multitudini? Sed dices à Raphæa diuino miraculo subito rapti sunt Israëlita vsque ad Erythraei maris viciniam, vbi Moses statim rupem Choreb percussit. Magnum, & ter magnum miraculum fuit, numerosissimam hanc multitudinem per mare Rubrum vtrumque montium instar elatum deducere; verum multo maius por- tentum fuisset, totum populum per aërem momento temporis aut paucis saltem horis portare. A Gaza, cui adiacet Raphæa, mille ducenta & sexaginta stadia ad finem Ela- niticum computantur, si Straboni fides habenda, & ea sic conficienda sunt, vt omnia vitæ necessaria camelis sint portanda. Cum igitur mons ille quem vulgus montem Si- nai esse putat, ad Elaniticum recessum exurgat, qui rogo hoc tantum iter absoluerunt homines iam siti arescentes & propè necati? Profecto ingens hoc portentum fuisset, & minimè Mofi dissimulandum. Sed vt admittamus stupendum miraculum, & magis stupendum miraculi tanti silentium; quid tamen causæ adferri queat, vt nulla expres- sa ratione populus Israëliticus vel non rectè Iudæam versus profectus fuisse dici debeat, vel cum iam in finibus terræ promissa esset, subito longius fuerit summotus quàm tum esset.

esset, cum necdum ad mare Erythræum venisset: Deinde quid causæ queat excogitari, ut dum Rubrum mare transisset, Moses iter suum non rectè tenuerit, quantum locorum quidem commoditas ferret, ad terram & sibi & suis promissam? Quod si illuc contendisse detur, qua rogo occasione retro progressus subito longius recessit quam vniquam abfuisset? Porro quod mons Sinai & mons Choreb idem sit, non ex illis modò quæ dixi cernas; sed ex eo etiã, quod primo Deuteronomij Moses dicat Deum sibi in monte Choreb locutum esse ea quæ in monte Sinai iusserat. Dicitur autem Sina à rubo quem hoc nomine denotari existimant interpretes. Hebræi dicunt Sina arborem esse spinosam illam quidem sed sterilem, quam nulla auis queat intrare ut non simul plumarum aliquid amittat, eamque maximè in desertis locis inueniri, & inde monti Sinai nomen esse. Miror sanè quod hoc nomine arborem sterilem intelligant, cum rubo nihil sit feracius, nihil magis fructibus abundet, nihil sese copiosius omnibus offerat, nihil sibi magis opituletur, maximè si môra ipsius necdum fuerint matura? Iam quod addunt, arborem esse deserti propriam, id cuius potius plantæ quàm rubo conuenit, cuius non alibi maior copia quàm locis humectis, ad fossas nimirum & aggeres quibus arua sepiuntur. Ex his perspicuum est, nihil minus eos qui hæc litteris mandauerunt, quàm de Rubo in nomine Sina cogitasse. Chaldæus Turgemanus vertit *שן*; Munsterus in suo Triglotto *שן* scribit, & rubum interpretatur. Quid igitur reuera sit Sina apud Hebræos, quid Ašina apud Chaldæos; necdum mihi satis liquet, eo quod spina sterilis à me necdum cognita sit, & quod rubus locis aridis & sterilibus non ferè soleat nasci. Gaudet enim, ut dixi, humore, & idcirco rubi illud genus quod mora producit odoris violacei, non alibi in Alpibus quàm locis lætissimis & humectis inueniunt. Verùm quid de loco & natalibus agendum, si clarè profiteantur Rabbini, Sina nullum fructum habere? Quod item de auibus addunt, id minimè potest in vili omnino rubi genus quadrare, eo quod omnium fructu auiculæ gaudeant, & eo citra pennarum periculum fruuntur. Accedit his quod rubus, nisi arborum adminiculo fulciatur, sese in altum non attollat; & idcirco huic portentoso spectaculo, quod Moses magna admiratione eminens conspexit, non videtur satis conuenire. Quamobrem mallem spinosam arborem potius quàm Rubum Latini, Baton Græci, vertissent, libero cuius arbitrio relicto, ut de qua velit arbore spinosa intelligat miraculum: spinosa, inquam, illa quidem, sed alta, ut nimirum & procul flamma appareat, & cernantur rami incolumes manere. Alibi monui, magnam esse interpretum, & eorum qui commentaria & Lexica in Biblia scribunt, inconstantiam, in iis quæ ad quamuis naturalis historię partem spectant, præsertim in plantis atque gemmis. Sic pro *שן* tricesimo quinto Geneleos capite alij quercum, alij terebinthum verterunt. Et pro quercu Mamre, alij vallem Mamre reddiderunt. Iterum capite Geneleos quadragesimo tertio, Botanum Munsterus, seu veterem correcturam interpretationem, nuces reddit; alij castaneas interpretantur. Nos in Gallicis, ubi arborem vitæ delineamus, quid in his veri, quid falsi sit, docemus: & quàm illa facile expediui, tam cuperem hunc quoque nodum soluere posse cum doctorum approbatione. Serapio Ilicem *שן* vocat; Latini codices Lechinam habent; Hispani Arabicam Maurorum linguam imitati, ençina dicunt; Arragonij Leginero eandem arborem appellant; Galli *Chêne* quoduis roboris genus vocarunt. Quàm verò Chi & sigma in pronuntiatione confundantur, in vocabulo populi eius Indici, quos alij Chinas, alij Sinas vocant, animaduertas: quod quia cum hoc nostro conuenit, non mirū est si per Chi Galli proferant. Hæc cum ita habeant, & nihil clarius sit quàm Ilicis saxosis montibus gaudere, & in desertis locis maximè nasci, non possum me cōtinere quin suspicer, arbore spinosam, quam Moses vidit flammis circumdatam, fuisse Ilicem, quæ procul poterat miraculum ostentare. Serapio fortasse Elefina dixit, voce composita; eo quod *שן* quoduis roboris genus designet, cui si addatur *שן* robur spinosum intellexeris. Credo tamen dum simpliciter Sina proferebatur, Ilicem per excellentiæ figuram intelligi debuisse, propterea quod nec vlla arbor plus habeat spinarum, utpote quæ in singulis foliis habeat complures; nec sit arbor aliqua spinosarum quæ vel altius attollatur, vel latiora & maiora ramorum tabulata diffundat. Porro quod lubentius in hanc concedam opinionem, facit mysterium arboris glandiferæ, in cuius genere arborem vitæ inueni Druidibus olim in summa habitam veneratione.

Quod

Quod autem Hebræi dixerunt arborem sterilem esse, id minimè verum est: nec in Rubum, nec in Ilicem, nec in Acatiam, nec in Spinam albam, nec in Rhamnum, nec in Cynosbatum, nec in vllum omnino spinosæ arboris genus, quod equidem noui, quadrat. Pace igitur aliorum mihi liceat in re incerta partim medicis Arabibus, partim Hispanis fidem adhibere, & inde colligere, quidnam Sina nomine Moses intellexerit, & quid Chaldæus Ašinam. Harum enim linguarum tanta est concordia, ut alia ab alia parum differat, maximè in vocabulis antiquis. Et, quo simile cernas, quo loco Botemim habet Hebræus, Chaldæus dixit Botanin; Arabes Borima pro eadem re vsurpant. Hinc gummi Albotim terebinthinam vocant, eo quod è Botima distillet. Nolo tamen cuiquam auctor esse, ut veteri opinione deserta me sequatur; mihi satis est, suspensionem meam indicasse, & de Hebræorum commentariis docuisse, arborem eam quam ipsi hoc nomine significari putarunt, nihil cum Rubo præter spinas habere commune. Scio Sina pro spina generatim accipi posse, & hac ratione rubum etiam posse intelligi; verum, ut dixi, speciosius & illustrius sit spectaculum, si Ilicem hoc loco Sinam vocemus. Deinde proprium ipsius Rubi nomen est *שן*, uti Arabum scholæ testantur. Hebræi *שן* habent, quod licet spinam vertant, ego tamen de linguarum conuenientia rubum mallem interpretari. Qui nouisse auebit quantum in glandiferis arboribus latuerit symbolicæ doctrinæ, is quæ in Gallicis nostris de Druidum scripti disciplina, consular: quod qui faciet, eum spero in suspensionem hanc meam, quam de Ilice concepi, fore procliuiorem. Equidem in veritate vestiganda rerum & symbolorum consensionem plurimi semper facere consueui, cuius ductu ad hanc veni opinionem, ut putarem, Deum sub flamma ignis non in alia arbore congruentius quàm in arbore glandifera perpetuò virente apparere potuisse. Cum enim liberatio Israëlitarum à tyrannide Pharaonis figura sit vindictarum quibus Deus humanum genus è cacodæmonis carceribus & morte liberali manu in vitam sempiternam asserturus erat, quæ, rogo, arbor ad arcanum hoc indicandum aptior queat inueniri quàm Ilex, quæ non perpetuò modò viret, sed fructum etiam fert quo panis cælestis vitæ æternæ dator denotatur, & idcirco arbor vitæ meritò habetur? Quo verò hanc mysteriorum conuenientiam Deus declararet, sub flammæ imagine apparuit, quam vitæ habere significationem Hieroglyphicam nostram declarat. Quod si hæc mihi pro eo ac meretur, & rei postulat amplitudo, explicanda persequendaque essent, vix maximus codex tantam materiam complecteretur. Doctis & sollertibus satis est si fundamentum indicetur, super quo deinde quamuis magnas licet facere substructiones. Præter hæc & ipsum nomen Sina inuitat, quo non aliud significatur quàm Explora in inuenire queas. Mirabilis adhortatio, quam Moses secutus curiose accessit, ut videret quidnam sibi vellet illud portentum, Ilicem in flammis esse, non tamen amburi. Omnibus nobis arbor vitæ perpetuò vestiganda est, & ad eam totam vindicandi facultatem dirigere debemus, quo tandem fructu eius persruamur quo vita acquiritur & conseruatur sempiterna. Mirum id & fortassis portentosum quibusdam videbitur, tantum arcanæ significationis in hac vocula delitescere: at si quis Hieroglyphicam nostram leget, & ea quæ in Gallicis de arbore vitæ scripsi, copiosis exemplis intelliget, illud fuisse primo nomenclatori propositum, ut plurimis rebus nomenclaturas daret; non illas quidem de ipsarum natura, sed de symbolica notatione quam in theologia Serinorum essent habituræ: quod ut in aliis quamplurimis perspicuum est, ita nusquam euentius quàm in Tau & cruce à nobis copiosè explicatis. Quid spina vel molestius attrahenti, vel vilius inter ligna? Hæc tamen tam exilis recula voces sortita est minimè contemnendas, si ad originem & rectam rationem vocentur, & diligenter expendantur. Sicut enim Sina in primo sermone nos monet, ut ad vitæ arborem respiciamus, tamquam ad vltimum felicitatis scopum; ita Spina vocabulum à Latinis retentum hortatur, ut omnia studia nostra ad explorandum conferamus. Et quid, rogo, explorandum? Id figura ipsius Spinæ docebit, quæ è lata sede in acumen pyramidis modo terminata, non aliam quàm vel pyramis vel obeliscus habet significationem. Iubet igitur is, cui spina quod spina nominetur debet, ut in omni vita sic studia actionesque omnes moderemur, ut quibusuis in rebus ipsum Vnum exploremus, & ad id quidquid cogitamus, quidquid agimus, quidquid loquimur, dirigamus: quod quid aliud est, quàm ad arborem vitæ collimare? Quidquid nobis est foliorum, quidquid vitoris, id totum vndique

Sina unde nomen habent.

Rubi feracitas & natura.

Rubum Moyses fuisse Ilicem.

Ilicis natura.

Sina vocis significatio, & symbolica doctrina.

Spina figura, significatio, & mysterium.

*Acanthos
voci etymon.*

Illicis etymon.

*Titus ex Ale-
xandria in
Iudæam pro-
fectio.*

*Israhelitarum
ex Etam ve-
ritas ad oram
maris Rubri
regressus.
Sier sine Tor
desertum.
Etam.
Elim.
Sin.
Daphca.
Elufa.
Raphaa.*

*Error de Is-
rahelitarum
profectione
unde natus
sit.*

dique in modum spinæ ad Vnum tendat oportet : quod dum fiet , tutos nos præstabi-
mus ab immunditia omni , & omni lædere valentium attractu . Nec frondes tantum
perpetuò virentes spinis vndique horrent , sed fructus etiam in acumen tendit , eiusdem
offerens cuius illæ admonitionem . Quid ego de voce Græca dicam , qua Spina genera-
tim nominatur ? An quidquam clarius quàm illud quod Acanthe , siue Acantha , siue
Acanthos dicatur , quasi *ἄκανθη* vel *ἄκνη* , id est , omni desiderio tende ad ipsum cap-
ut ? Nostrates vocabulum *ἄκνη* in vsu retinuerunt , quo indicatur , spinæ figuram
omnia penetrare motu celerrimo : qua in re & figuræ indoles & symboli ratio contine-
tur ; eo quòd menti nostræ ad Vnum euolanti omnis obstaculorum multitudo & den-
sitas sit transeunda , idque citra moram , ne quid tarditatis adhærescat . Qui ex his non
perspicit cuius rei notationem apud primum nomenclatorem habuerit , is ab omni sym-
bolica & hieroglyphica disciplina abhorreere mihi videtur , & indignus esse qui cum hac
de re differatur . Et hæc quidè de Spina , Sina , Acantha , & *ἄκνη* vocabulis generalibus ,
è quorum secundo apud Arabes & ceteros sermone earundem radicum vtentes , Elefi-
na credo remanisse , ad robur spinosis foliis insigne denotandum ; ac deinde quosdam
Lesina , quosdam Sina , quosdam Lesinero , quosdam Ensinæ retinuisse ; vbi de littera-
rum Samech & Chet confusione nihil angor . Latinis Illicis nomen ignotæ est originis ;
nobis clarum est *ἄκνη* idem esse quod nobile ac generosum robur . *ἄκνη* enim robur
est , *ἄκνη* sæpius modò interpretatus sum : è quo fit *ἄκνη* , vt è *ἄκνη* , Liliū , & id genus alia
complura : Meritò sanè nobile robur dicitur , quando ille solus verè generosus est qui
omnia sua studia omnesque actiones ad ipsum Vnum dirigit , in eo quærens vitam sempiternam .
Sed vt nimium digredior ad suspicionis meæ causas aperiendas , ita materiam
amplissimam & plenam maiestatis nimis angustè tracto , quo fit , vt satius sit cetera sacro
silentio transire , cuique suo iudicio & arbitrato relicto . Missa igitur hac de arboris ge-
nere controuersia , ad loci situm redeamus . Quia verò quotquot hætenus vel annota-
tiones vel commentaria in Mosis historiam ediderunt , sic ab eius sententia discrepant ,
vt prorsus in diuersa abeant , omnemque profectiois rationem euertant , paullo diligen-
tiore cura ea quæ antè dixi , sunt examinanda . Iosephus , & cum secutus Hegecippus , iter
Titus ex Alexandria in Iudæam describens , sic habet , vt dicat è Pelusio per desertum iter
egisse , ac venisse primum ad Casij Iouis templum : Deinde secunda castra ad Ostraci-
nen locum aquæ indigum metatum fuisse : tertia ad Rhinocolura : quarta ad Raphæam ,
quæ prima vrbs Syriæ sit ex Ægypto venientibus : quinta ad Gazam : sexta ad Alcalo-
nem : septima ad Iamniam : octaua ad Ioppen : nona ad Cæsaream , ibique bello obsi-
dioni que necessaria parasse . Vides vt hæc cum Strabone & Ptolemæo consentiant , vt
nostram etiam de Mosico itinere confirmet sententiam . Moses cum ad desertum
Etam venisset , iussus est reuerti ad oram maris Rubri Ægypto contiguam . Per mare ad
desertum Sur venit , siue Tor , vt nunc vocant . Inde trium dierum iter confecit per de-
sertum Etam , eandem videlicet quam prius instituerat viam repetens . Deinde ad Elim
venit , Casij Iouis templo vicinam . Hinc ad mare mediterraneum , in cuius littore
Ostracine est . Ex eo rursus loco per arenas deserti Sin , quod hic in mare promontorij
modo excurrit . Hanc solitudinem transgresso Daphca occurrit , vbi Bellonius princi-
pium collocat terræ fertilis . Est ibi hætenus Carbaschara , id est , locus muro & porticu
cinctus , ad stationem tutam hospitibus recipiendis comparatum . E Daphca Elufam
Moses deflexit , Rhinocoluræ proximam . Inde Raphæam progressus est , urbem limita-
neam Syriæ . Cernimus hic idem iter Mosem , Titum & Bellonium tenuisse : verum
Mosem propter seminarū , puerorum & senum multitudinem tardius eadè loca transi-
isse , & castra mutasse minoribus interuallis . Cum itaque perspicuum sit vbi sita sit
Elufa , vbi Raphæa , tum etiam constet de clara Mosis narratione , rupem montis Cho-
reb , quæ Mosis virga percussa , aquam Israhelitis sitientibus effudit , proximam esse ipsi
Raphææ , qua fronte , quæso , dicemus montem Choreb mari Rubro adiacere ? Adde
modò his nullam causam à Mose hætenus indicatam fuisse , ob quam non rectè ad Iu-
dææ limites Israhelitæ contenderent . Cuius igitur est ingenij , cuius mentis tam insanam
de diuino duce habere opinionem , vt credat eum à mari Rubro superato iter retrò
flexisse , non Iudæam versus , sed versus Elanam & Arabiam felicem ? Video sanè Elanæ
ad Elufæ nomen allusionem partem occasionis fuisse ob quam ab omnibus hætenus sit
aberra-

aberratum ; cui accessit peruersa maris Sup siue Soph interpretatio . Iosephus quia mon-
tem quem vulgo montem Sinai vocant , reuera montem Choreb esse sibi persuasum
habebat , errorem errori necit , aens terram Madiam , in qua Ietro sacerdotio funge-
batur , ad mare Rubrum iacere iuxta montem quem vulgus Sinai & Oreb appellat .
Quod si ita esset , quid causæ fuisset ob quam Moses Ietro locerum suum rogaret , vt
secum maneret ad iter in Palaistinam siue terrâ Chanaam demonstrandum , quæ lon-
gissimè à mari Erythraeo & locis ipsis frequentatis abesset ? Profectò , vt alibi semper il-
lud verum est quod Aristoteles dixit , Vno errore dato multa consequi veritati mini-
mè consentanea ; ita nusquam id clariùs quàm in hac sacra historia fieri animaduerti .
Indicauì paullo antè Iosephum in nauibus Iosaphat fabulam confinxisse sacris litteris è
diametro repugnantem , non alia de causâ quàm quòd his erroribus intricatus nesci-
ret vbi Afiogaber , vbi Elur esset collocandum . Pari ratione Madianitas in littore ma-
ris Erythraei ad sinum Elaniticum procul ab Idumææ & Palaistinæ sinibus posuit , cum
clarum sit Madianitas eos esse qui proximi habitant Moabitibus , vt liquet è capite Gene-
seos tricesimo sexto ; vbi Adad rex Idumæorum dicitur cecidisse Madianitas in regio-
ne Moab . Deinde quæ de Balac in Numerorum libro scribuntur , clarissimè demon-
strant Madianitas & Moabitas vicinos fuisse , cum Balac vtriusque gentis rex dicatur .
Moab autem terra è regione Hiericuntis iacebat ad Orientalem Iordanis ripam per-
tinens , ita vt ignorari nequeat situs Madianitidis . Nam castris in Moab positis Israheli-
tæ Madianitas inuaserunt , & omnem eorum regionem depopulari sunt , omni sexu
masculino & feminis virum passis interemptis ; quo patrato omnem prædam in castra
retulerunt in illis posita campis qui Hiericunti ultra Iordanem ad orientem vergunt .
Legendum itaque caput Numerorum tricesimum primum ad regionem Madianita-
rum & eorum diuitias bene cognoscendas , quo ex iis intelligatur , quæ terra Madian
in sacris litteris vocetur . A Iordanis scilicet ripis Israhelitæ ad Erythraeum vsque mare , vt
caderent Madianitas , excurrissent , castris interim immotis ad Iordanem manentibus ,
vt ad ea tanto desertorum & montium interuallo prædam referrent . Consule quæso
caput vicesimum quintum Numerorum , & mox deprehendes Moabitas & Madiani-
tas variis scortis fornicatos fuisse , & inter alia prostibulâ filiam fuisse ducis Madianita-
rum nomine Cosbi , ad quam Zambij dux in tribu Simeonis ingressus in ipsis ample-
xibus vnà cum meretrice à Phinee pugione perfoctus est . Hæc cum discretis & dilucidis
verbis à Mose narrentur , satis mirari non possum , quid causæ vel Iosepho vel alij fue-
rit , vt regionem Madianitarum iuxta mare Rubrum collocaret procul à campis Moa-
bitarum , sitis è regione Hiericuntis . Liquet igitur circa quæ loca Ietro sacerdos Ma-
dianita habitaret , & in lucem venit ratio sermonis Mosaiici , quo Ietro rogabatur , vt
dux itineris esset per regionem Amorrhæorum & Moabitarum & iis finitimorum .
Quid ni enim vicinæ suæ peritus esset homo diues & sacerdos , cum ob alia quæ inci-
dunt negotia , tum propter greges & armenta quæ per confines montes pascebantur ?
Hinc modò intelliges vbi Moses oues custodiuerit , & per quos montes ad Sinai perue-
nerit . Per eos nempe secundum quos ex Idumæa Israhelitas duxit ad Moabitas & Ma-
dianitas habitantes ultra Iordanem è regione Hiericuntis . Habitabant enim Madi-
anitas inter Moabitas & Nabathæos , siue Israhelitas Petræos , oriundi ab Abrahamo ex
Cethura vxore , cuius filius Madian fuit pater omnium Madianitarum . Hebræi sic
puncta subscribunt , vt Mideanitæ dicendi videantur , Ptolemæus Medanam ciuita-
tem sic depinxit , vt assertioni nostræ prorsus suffragetur , quæuis nomen Medanæ
ad fratrem ipsius Midean magis alludat , qui Medan vocabatur . Verum fratres hos
permistos habitasse verisimile , quibus proximi erant Israhelitas Petræam Arabiam ad
mare vsque Rubrum tenentes , quorum proximi Madianitis Petram urbem mercatu
nobilem considerunt , oriundi à Nabath siue Nabaioth , vt Hebræi legunt , filio Israhel-
is natu maximo . Vnde Nabathæi vocantur ; quorum mores ac diuitias apud Strabonem
expositas habemus . Eorum metropolis Petra est , è qua ad Hiericuntem iter breuissi-
mum est trium aut quatuor dierum ; quod è Geographo adiicio , vt Madianitarum
confinia ante oculos ponam . Idem scribit è Petra ad urbem Rhinocolura , & hinc in
Ægyptum Sabæorum merces per camelos portari solere ; quam viam Moses ad Moa-
bitarum regionem veniens longè ad dextram reliquit . Petra situs is est , vt locum pla-

*Madianitas
vbi collocant
di sine.*

*Moses vbi
greges custo-
diuit.
Madianitas
unde genuit
ducentis.*

Israhelitas

*Nabathæi
Petra vrbis
situs è con-
ditores.*

num & irriguum occupet, & hortis abundet; in circuitu vero rupibus & desertis magnis sit munita, præsertim ea parte qua Iudæam spectat. Videtur ut Strabo Moſis narrationi consentiat, & loca ea per quæ in Iudæam contendit, oculis subiiciat? Athenodorus philosophus Straboni narravit se apud Petræos egisse, & eos reperisse tam pacis & tranquillitatis studiosos, ut numquam in iudicio inter se litigantes viderit, cum Romani & cæteri exteri illic agentes frequentibus litibus implicarentur. Locustæ hic Strabonis, ut infiniti alij, miserrimè ab interprete tractatus est, & Græcus codex pro *περπείοις*, habet *περπείοις*; quod mendû ut interpres non animaduertit, ita quid *περπείοις* esset non intellexit. Et hæc quidem de Nabatæis Madianitarum ita vicinis, ut Iosephus Ismaëlitis & Madianitis in mercatu sociis venditus fuisse dicitur. Strabo cernens inter Nabatæos & Idumæos vastos dumtaxat montes intercedere, credidit hos ab illis genus duxisse, cum tamen Idumæi non ab Ismaëliſ filio, sed ab Esau filio Isaac descenderint & nomen acceperint. Montes autem hi qui Iudæam ad meridiem claudunt, generatim montes Seir vocantur, ab Esau, qui Seir cognomen habuit, propterea quod pilosus in lucem venisset. Duplex igitur est Idumæa, altera maritima & campestris; altera montana, quæ meridiem versus desertum Pharan prospectans, & ad Septentrionem habet Iudæam, olim terram Chanaan. In hanc ne Ismaëlitæ è deserto Pharan ascenderent Deus vetuerat, iubens ut montem circumirent versus Aquilonem; quod ut facerent, ad mare mediterraneum à finibus Nabatæorum fuit reuertendum. Mons itaque à *רעפ* quod significat pilosum, nomen habet, quod Segar pronuntiandum esset, è nostro vocabulo *Segar* transpositis litteris factum, & Tan in sibilum mutato. Huius montis pars est mons Sinai ad desertum Pharan prospectans, cuius ima pars ad Raphææ fines pertinet: unde fit, ut totius nomen aliquando pro parte ponatur. Hinc Moſes Israëlitis benedicens sic cecinit: Dominus de Sina venit, & de Segir ortus est, nobis apparuit de monte Pharan. Hic tribus nominibus idem mons capiendus est, qui mons Pharan dicitur, quod sit in principio deserti Pharan à Raphæa Petram versus tendentibus. Eodem modo Chabacuc, Deus, inquit, ab austro venit, & sanctus de monte Pharan. Loquitur enim hic de monte Choreb siue Sinai, unde lex venit Israëlitis. Pharan autem mons non est, sed desertum quod ab hoc monte orientem versus ad Nabatæorum vsque regionem extenditur. Quod autem apud Latinos legitur, ab Austro; id apud Hebræos non est, sed loco eius habetur, *תהמן* id est à Theman. Quæ autem regio Theman vocetur ex eo coniectes, quod Theman maximus nati filius fuerit ipsius Eliphaz, filij Esau maximi nati. Huic igitur verisimile est optimam partem regionis Idumæorum cœssisse, quæ haud dubiè ad Raphæam est mari incumbens, & in montes Segir orientem versus elata, quorum exordium austrum versus mons Sinai facit. In Theman itaque regione, quæ pars est Idumææ, mons Sinai quaerendus est; à qua quantum mons ille vulgò hoc nomine celebratus distat, tantum omnes hæcenus à veritate recesserunt. Huius montis partem orientalem, quæ Nabatæis proxima est, Hus Edomi nepos habitavit, qui Gust vocandus esset, si litteræ pro eo ac deberent ab Hebræis pronuntiantur. In hac regione postea Iob maximas opes è gregibus & armentis sibi comparavit, quas Sabæi & Chaldæi diripuerunt; ad quem visitandum Eliphaz Themanites ab occidentali Idumææ parte venit. Verum an terra Ghust nomen acceperit ab Arami filio, an à nepote Esau, difficile fortasse dictu sit. Mihi verisimilius videtur orientalem Idumææ partem Nabatæis confinem sic fuisse nuncupatam, à Ghust Edomita; quod ex amicis & cognatis ipsius Iob coniugio, & id quidem maximè ex Eliphaz Themanite, cuius nomen memoriam ingerit eius qui inter filios Esau maximus fuit natus, vnaque indicat quæ Idumææ pars in sortem venerit Eliphazio Themani patri. Discimus ergo è Chabacuc, montem Dei Choreb in primaria Idumææ parte, quæ à Theman nomen accepit, fuisse. Est ne tanta vel ignorantia vel impudentia cuiusquam, ut audeat dicere Themanam regionem ad mare Erythræum quæri debere, longè terrarum à monte Segir Edomi possessione? Pluribus mihi de montis Dei situ agendum fuit quàm breuitatis ratio postularet, propterea quod viderem admodum antiquum cum fuisse errorem quo persuasum est ad vnum omnibus, montem Sinai ad litus maris Erythraei jacere: quo dato, tota sacra scriptura turbatur, & infinita consequuntur in absurdissimis habenda. Raphæa, Elusa, Gabria

Idumæi.
Seir montes unde nomen habent.
Idumæa duplex.

Pharan mons non est, sed desertum.

Theman regio.

Sinai mons ubi.

Hus.

Iob.

Oreb mons in primaria Idumæa parte, longè alius ab eo qui vulgò esse putatur.

Gabria castra, Elis, Marath, Etam, omnia denique procul è suo loco mouentur, si deuiam hanc opinionem sequamur. Ac Moſes quidem populum Israëliticum ad terram promissam ducere iussus contrariam Dei mandato viam ingressus fuisset, si mare Rubrum transgressus ad sinum Elaniticum tetendisset. Summatim tota historia sacra in Mosaica castrorum meratione, in Regiarum classium apparatu & aliis hinc securis fœdissimè confunderetur, uti modò ex iis quæ dixi cuius potest liquere; nisi tam sit pernicax, ut mentis suæ aures obstruxerit omnibus iis quæ antè nesciuit. Petrus Bellonius quamuis in eodem esset errore, & alium montem Oreb, alium montem Sinai esse crederet, dum tamen ad petram venit è qua Moſes aquas expressisse narratur, in magnam incidit dubitationem; propterea quod in eius petrae vicina riuus fluat è summo montis Sinai vulgò nominati culmine demanans; atq. idcirco alterum dicendum videatur, vel hunc riuum Moſis tempore non fuisse, vel portentosam aquam citra necessitatem è saxo manasse. Saxum autem quod monstratur, eiusdem generis est cuius obelisci qui Romæ videntur. An non animaduertis hic quàm res ipsa ab historia dissideat, si mons Oreb is esse concedatur quem ad hanc vsque diem à multis iam sæculis cæci mortales, ceu reuera mons Choreb esset, viderunt? Nihil equidem pietati eorum detraho, qui miraculorum Israëlitis in monte Sinai ad Themanam Idumæorum regionem ostensorum memoriam in illo ad Elaniticum sinum monte colunt; cum id, vbi cumque fit, bene fiat, & gratum Deo animum ostendat: verum nolim hunc zelum tantum esse, ut sacram historiam corumpat, & rem penitus considerantibus periculum adferat de Mosaica narrationis fide dubitandi, cui proximum videmus Bellonium fuisse, & id quidem non citra luculentam occasionem. Quorsum enim de aquæ pœnuria populus exposulasset, si riuus perennis aquas suppeditauisset? Quo autem clarius cernas, nihil absurdius posse cogitari, quàm ad illum montem Israëlitas tanta aquarum inopia laborasse quantum eorum murmur declarauit, audi de Bellonij narratione, cui Iustus Ghistelenſis assentitur, qua via è deserto Sur ad montem hunc falso titulo nobilem veniatur: Cum abes itinere vnus diei, vallem amœnam intras vtriusque montibus inclusam, quam riuus aquæ dulcis & ad bibendum gratissimæ mediam fecat, easdem quas apud nos fontanæ aquæ decursus herbas præferens. Eum riuum tantisper sursum enitens sequeris, dum vix vnus noctis iter ad montem vulgò Sinai vocatum restet. Cogites hic quàm late castra tot centenorum millium patuerint, & vbi maxime debuerint collocari, si populo vetitum fuit montem adire. Profectò vel in hac valle amœnissima, è qua in montem venitur, vel in ipso cliuo per quem ad culmen ascenditur; quorum vtrumuis dederis, effugere non possis quin cogaris fateri magnam aquandi fuisse commoditatem, iis præsertim qui iumentis & vtribus abundarent. Hæc cum ita sint, & omnium eorum qui montem ascenderunt oculata fide consentent, non video què possint Mosaica historiae accommodari, nisi dicamus totam regionis naturam ab illo tempore fuisse mutatam, & aliam indolem accepisse. Quod si commentum probabile reddere voluissent myſtagogi, oportuisset eos sic fabulam ornare, ut dicerent fontem illum è quo riuus ille manat, icu Mosaicæ virgæ extitisse; quod facere nequiuerunt propter magnum interuallum quo fons vterius intra montes remotus deliteſcit. Adde nunc in monte, Oreb vulgò nominato, perennem fontem esse, quantumuis magnæ multitudini satis aquarum subministrantem, ob quem Bellonius hunc montem habitari commodè posse dicit, cum Sinai mons aridus sit: vbi communi errore alium putat montem Sinai & alium montem Oreb in sacris litteris vocari. Hic fons non exundat, nec diminuitur quantumuis haurias, verum perpetuò eadem copia aquas suppeditat: quod ut alij, ita & Iustus Ghistelenſis affirmat. Unde perspicuum fit, hunc montem Oreb non esse; quoniam in eo nihil opus fuerit miraculo vilo ad aquas inueniendas, propterea quod & in vicinia & in ipso monte copiosæ scaturirent. Minimè igitur ad eum Raphidim quæri debet, nec vilo modo cogitari potest illis locis populum siti laborasse, cum nihil promtius esset quàm è riuo proximo aquas haurire, ut interim de fonte sileamus quem dici possent ignorasse. Porro quid absurdius cogitari queat, quàm Amalec Idomi sobolem in montibus Segir habitantem ad hanc rupem Israëlitis occurrisse. Volasset ille scilicet vnà cum Chananæo socio per immensa desertorum & rupium interualla, ut cum Moſe configeret. Nihil

Mons vulgò Sinai creditur nulla aquarum pœnuria laborat.

*Amalecitis
ubi habitā-
vint.*

profecto magis toti sacrae historiae repugnat, quae apertissime clamat Amalecitas & Chanaanæos confinia loca ad Idumen tenuisse, & hinc Dauidem ex vrbe Palæstinorum ab Amalecitis prædas egisse, & paullo post vxores suas abreptas liberasse, dum opinione celerius eos persecutus, epulis & choreis indulgentes inuenisset. Sed quid ago? Frustra hæc ei cano qui sacrae scripturae loca conferre nolet, ac rursus frustra pluribus hæc virgeo apud eos quibus satis est veritatem indicasse. Quis inter duces Edomitatum Amalec enumerari, quis Palæstinorum & Idumæorum confinia ad terram Chanaan pertinere nescit? Quis item ignorat quàm hæc malè quadrent ad montem Oreb vulgò creditum, utpote longè terrarum à Chanaanæorum finibus remotum? Atqui mons ille, è quo Amalecità & Chanaanæi Israëlitas depulerunt, eum situm in sacris litteris habet, ut eo superato ad terram promissam veniretur, vti perspicuum est ex ipsa historia. Amalecitis autem Cenai proximi erant, ipsius Ietro siue Hobab socii Molis gentiles & nepotes, ad septentrionem declinantes. Nam Gessui & Gerxi & Amalecità siue Gamalecità potius habitabant ad meridiem Iudææ, ea parte qua iter erat in Sur & Ægyptum, teste primi libri Regum capite vicesimo septimo. Vnde clarum est, Israëlitas ad Raphæam & montem Sinai, vbi via ad Sur & Pelusium diuiditur, à Gamalecitis imperitos fuisse, & Mosem in montem Oreb adscendisse. Hic inter alia consideres velim, an tam facilis fuisset in montem illum adscensus quem vulgò Oreb appellant, cum hic ante inuia rupe clauderetur quàm monachi scalas & gradus in eo struxissent, vti licet apud Bellonium & cæteros videre. Confer mihi hoc loco Davidis excursiones ex Gat Idumæorum in Gamalecitas cum ficta ipsius excusatione, qua se ex meridiana Ceneorum & Iudæorum parte dicebat prædas egisse, & mox cernes quantam cladem patiatur historia, si Amalecitas ad montem Oreb vulgò creditum collocaris. Quid multis? tota sacra scriptura perturbatur, & omnem perdit probabilitatem, nedum veritatem, si vulgaris hæc assertio de monte Oreb & iis quæ cohærent, retineatur. Videamus modò qualis sit locorum natura ad verum montem Chorem à nobis demonstratum. Id Strabonis testimonium à nobis citatum docet, quo asseritur regionem quæ post Gazam Ægyptum versus tendit, sterilem esse & arenosam. Vnde perspicuum, Raphæam, quæ post Gazam sequitur, sitam esse loco sterili & arenoso. Hinc cum Augustus è Iudæa in Ægyptum proficisceretur, Herodis studium in aqua subministranda inter Gazam & Pelusium tam gratum Romanis fuit, ut plus meruisse quàm regnum, quod Cæsaris dono acceperat, videretur. Sed satis modò de monte Sinai; nec lubet sigillatim singulorum in huius rei tractatione confutare errores, alioquin habituri etiam quod contra Bellonium diceremus, qui credidit fontes eos quos vulgò pro aquis Marath monstrare solent, esse fontes quos Strabo amatos vocauit; cum Strabonis fontes ex opposita maris Erythræi parte fuerint, non procul ab Arsinoë littorali. Neque dicam nunc quòd ad hos, quos monstrant in deserto, fontes nequaquam trium dierum iter sit ab eo loco vbi mare Israëlita transferunt. Quid enim opus est pluribus argumentis ad absurdissimum errorem extirpandum, quando, si ex his quæ dixi peruideri à quopiam nequeat veritas, ei rear nihil unquam satis fore ad oculos aperiendos. Pergamus itaque. Cum mense tertio egressions ex Ægypto ad desertum Sinai Israëlita venissent, anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis profecti sunt è deserto Sinai ad interiora deserti Pharan, ad iter trium dierum; vbi mons Amorrhæus erat adscendendus, & Dei iussu per eum progrediendum in terram promissam. Pollicitus enim erat Deus certam iis contra Amorrhæos & cæteros omnes victoriam, si mandatis ipsius obtemperantes citra moram & hæsitacionem ascendissent, & illac iter in terram Chanaan tenuissent; quòd nimirum ipsi placuisset, ut non rectà in potentissimam Chanaanæorum partem irumperent, ne Philistinorum robore & magnitudine territi in Ægyptum reuerti niterentur. Quamobrem relictis Idumæis & montibus Segir ad sinistram, rectà ad Amorrhæos contenderunt. Cum igitur in Cadesbarne venissent, Moses Ietro socerum suum rogat, ut secum manens iter demonstraret, utpote qui esset Madianita in vicinia Amorrhæorum natus & educatus, atque idcirco confinia locorum omnia & in iis aquas & rupes & siluas ex diuturna gregum & armentorum pastione explorata haberet. Verum enim uerò, licet Moses oratione certa Dei promissa exponente Israëlitas exhortaretur, ut expeditionem alacres aggressi montanum Amorrhæorum

*Locorum ve-
ro monti O-
reb vicinorū
natura.*

*Israelitarum
è Sinai pro-
fectio.*

rhæorum regionem è deserto Pharan inuaderent; tantum tamen abfuit ut persuaderet, ut nolent progredi nisi per exploratores antè didicissent quales habituri essent & quantas oppositas vires. Coactus igitur obtemperare Moses misit qui omnium Israëlitas redderent certiores; qui post quadraginta dies, quos regioni promissa diligenter peruidendæ impenderunt, reuersi, vnam attulerunt magnitudinis tantæ, ut à duobus in pertica portanda esset. Scio non paucos fuisse quos hæc narratio offenderit, quasi omnem verisimilitudinem egressa. Nos ut huic quoque malo medeamur, & omnem scrupulum ex hac sacrae historiae parte tollamus, Strabonis verba in medium afferemus. Is Carmaniam describens inter alia sic habet: Agriculturam autem Persicæ similem habet cum in aliis, tum in vitibus, è quibus ea quæ apud nos Carmanica vocatur, frequenter vnam producit cubitum duorum acinis perquam densis ac perquam magnis, quam verisimile est illic quàm apud nos latiore maioremque prouenire. Huius igitur generis vnam eam dicemus fuisse quam exploratores reportarunt, quam non dubito tantam fuisse, quanta in ipsa Carmania excrescit; propter vallis eius vbi creuerat fecunditatem. Nihil itaque opus est hoc loco ad portentum aliquod aut singularem quampiam Dei gratiam vnae magnitudinem referre, cum satis constet Carmanicam vnam multo maiorem in Palæstina quàm in Græcia molem implere potuisse, propter maiorem Carmanici & Iudaici aeris similitudinem atque paritatem. Nemo igitur offendatur, si magnitudinem hanc vnae audiat, cum id in Carmanica Strabonis atate minimè fuerit apud Græcos monstratum. Iam & Indoscythica nostra declararunt, ad Margianam vitis tantam esse luxuriam, ut vna vna ad duos cubitos excrescat; vnde fortasse Carmani principio propages suas petiuerunt. Porro reuersi exploratores populum deterruerunt, maiores se vires vidisse dicentes, quàm ut ab Israëlitis expugnari possent, solis duobus exceptis Iosue & Caleb; qui & terram quam viderant laudabant, & Israëlitas bono animo esse iubebant, eo quòd Domino prosperante nihilo difficilius esset magnam robustorum & grandium virorum multitudinem superare atque delecte, quàm frustum panis deuorare. Iratus itaque Deus populum uniuersum exceptis his duobus ei poenæ addixit, ut pro quadraginta diebus; quibus promissa terra fuerat explorata, quadraginta annos totos in solitudine manerent, tantisper dum omnes morerentur. Manserunt igitur longo tempore in Cadesbarne in deserto Pharan, vnde iussi sunt redire versus mare mediterraneum, Idumæis montibus ad dextram relictis, quos antea cum ad Cadesbatnag venissent, sinistros habuerant. Veniunt itaque rursus in desertum Stin, vnde egressi fuerant; & ibi in Cades deserti Stin diu commorantur. Duplex enim Cades legitur fuisse; alterum Cades Barnag, alterum Cades Stin; quorum huic *קדש* additur, qua vocula ciuitas denotatur; à nostro *קדש* quod significat regnum. Nam singulæ ferè ciuitates olim regem habebant, vti in Iosue clarè cernitur. Fuit & tertia Cades in Galilæa data tribui Neptalim, quàm Cades aliis subscriptis punctis efferunt. Significatio certè & significationis ratio eadem est; quando *קדש* nihil aliud sit quàm consecrari; cuius verbi radix *קד* deriuatur à nostrati *Quidem* verbo eiusdem notationis, in quo duplex digamma in *Quos* transfuit, vti ex *Qui*; ex *Quo*; quando fieri aliàs crebrò dixisse memini. Quibus igitur locus consecratus, Quades vocari queat: vnde clarum sit, nihil esse miri si plura loca hoc nomine fuerint nuncupata. Porro vnde fiat ut *Qidem* pro consecrare usurpetur, alio loco copiosè declarauit; nec est quo hic idem repetatur. Herodotus Cadytis vrbs meminit, emporium aiens esse Sardibus haud multo minus, & eò merces à mari inuechi. Ab hac vrbe vsque ad Ienysum regionè Arabum esse ditionis: inde rursus vsq. ad Selbonidem siue Serbonidem lacum, Syrorum imperio terras subiici. Ad Serbonidem lacum, à quo Casium promontoriū ad mare desinens incipit, Ægyptū pertinere. Addit, ab Ienysō vsq. ad Casium promontorium iter esse trium dierum, & id quidem aquarum indigum & sticulosum. Hinc colligere licet, Cades deserti Stin Cadytin Herodoti esse; & Ienysum, siue communi lingua & Dorica Ianysum, opidulum ad mare fuisse ad ipsam Elusam. Sic ut enim *El-huis* Eli domum, ita *Ian-huis* Iani domum significat. vnde suspicor Elysi posteros in honorem Iani in illo littore opidum condidisse, quo aui filiorum Ionis memoria illis in locis mercatu Arabico, Syriaco, Ægyptio, & Ionico nobilibus perpetua maneret. Non mirum igitur, Israëlitas dum Cadyti essent, rursus aquarum inopia,

*Vna quàm è
terra promif-
sa Moysi spo-
cularores at-
tulerūt, ma-
gnitudo quæ-
ra.*

*Israelitarum
à Cadesbar-
ne ad Medi-
terranæum
regressus.*

*Cades du-
plex.
קדש.*

*Cades in Ga-
lilæa.*

*Cadytis.
Ienysum.*

haud minus quam antea ad Rhapsam vicinum opidum, laborasse; & Deum contumiseratione motum Mofi iussisse, vt virgæ suæ ictu è saxo aquas eliceret, populi vrbibus fatis futuras. Ex hoc loco nuntij missi ad Regem Idumæorum, rogatum vt liberum transitum permitteret: at hac legatione nihil effectum, immo Idumæus irritatus ingenti exercitu Israëlitas summovit. Cades Barnag longius à mari in desertum Pharan recedit, cui Aferoth imminet. Barnag alij aliter, nos puteum gaudij interpretamur. Nam *Sam.* בַּרְנָג puteum significat, vocabulum à nostro בַּרְנָג factum, quo aquæ exortus siue aqua nascens denotatur; qualis est fontium & puteorum perennes venas habentium. *Aug.* *Aug.* verò idem est quod placere & contentum reddere, à nostro בַּרְנָג siue בַּרְנָג/ quod notat contentum reddere & placere: Hebræi בַּרְנָג consolari interpretantur, vbi clarum est, nihil aliud esse vtrumque verbum quam placere vel iucundum reddere. Hinc Nochi dicitur, quasi opéra patris iucunda redditurus esset. Erat enim Deus in Nocho ostensus quam pia Lamech & Machusalem & omnium Setinorum opera sibi placuissent. Videre hîc est, quanta sit ipsius Chet & litteræ quam perperam Ain vocant cognatio, & quam facile altera in alteram transeat, vti in Choreb & Ghoreb itidem annotaui. Cades Barnag igitur est locus puteo iucundo & omnibus placenti consecratus. Quem admodum autem Mem finale in נִי reicitur, ita in יָ quoque fit; & hac via eadem est vtriusque vocis notatio. Quis primus hoc nomen puteo dederit, equidem ignoro; at hoc nemo ignorare potest, nihil in deserto arido perenni aqua iucundius & gratius esse posse sitienti. Quanta verò huius aquæ sit antiquitas, è quarto decimo geneleos capite discas; vbi solitudinis camporum Pharan fit mentio, nec non Gigantum Asteroth, quod Hebræis scribitur אֶסְתֹּרֶת. Idem locus in Numeris vicinus est Cadyti, vbi Chet loco litteræ pectoralis Gh, quam Ain malè vocant, positum videmus; aded paruum fuit inter has litteras apud præcos discrimen. Quo autem videas quam germanum sonum litterarum nos restituere nitamur, animaduertas Scin & Tau in שֵׁן in Genesi exprimi, & eorum loco duplicem litteram, quam vitiosè Sade nominant Iudæi, vnde decimo Numerorum capite poni, vbi אֶסְתֹּרֶת scriptum videbis. De eodem autem loco vtrobique agi ex eo clarum est, quod Moses exploratores se dicat è Cades barnag misisse, quod venit castris motis ex Asteroth. Similiter in Genesi reges Chodolaomor & focij dicuntur ex Asteroth ad Cades venisse; vbi licet Barnag non addatur, est tamen de Cades barnag dictio Mosaica intelligenda, vti cum è cæteris, tum ex eo liquet, quod huic Cades fons Misphat adscribatur, qui idem cum puteo Barnag vocato Misphat iudicium notat; ita vt fons hic duplex habeat cognomen, iudicij & iucunditatis. Deriuatur vox ea à שֵׁן quod est iudicauit, à nostro שֵׁן, quod est, ea quæ rudia sunt & confusa, format: inde שֵׁן iudex vocatur. Cades igitur fontem Misphat habens, Cades barnag vocatur, vbi fortasse comitia de pastorum controuersijs haberi olim confueuerant: ea de causa locus facer meritò poterat vocari, tametsi generatim omnes fontes sacri apud poetas nuncupentur. Habemus itaque tria loca homonyma, vnum in Galilea, alterum huic circa Asteroth & regionem Amalechitarum & Amorrhæorum, tertium in deserto Stin, è quo Moses caduceatores ad Idumæos misit. D. Hieronymus desertum Sin, in octaua mansione commemoratum, aliud putauit ab hoc in quo Cades esse dicitur, eo quod illud per Samech, hoc per Sade scribatur: qua de re aliam huic, aliam illi dedit interpretationem. At ego animaduerto, vt & antè monui, significationem vocibus, non scripturæ prius conuenire; atque idcirco mea non referre, per Samech'ne an per Sade vox scribatur, modò eadem prorsus maneat pronuntiatio. Atqui eandem manere pronuntiationem ex ipso D. Hieronymo discas, qui hoc loco alteram litteram Samech, alteram Sade appellat, quibus in vocibus quis non audit priorem vtriusque vocabuli eandem esse syllabam? Quæ cum ita sint, perspicuum fit, iam olim vel Mosis vel Esdræ tempore germanam Alphabeti, quo Hebræi vtuntur, distinctionem fuisse corruptam. Leuius peccatum est in Choreb & Ghoreb & id genus aliis, propter soni cognationem; è quo hoc capimus lucri, vt intelligamus quis proprius fuerit eius litteræ sonus quæ vulgus Ain vel Hain appellat. Illud intolerabilius est, quod Chet per adpirationem robustiorem efferri audiamus, littera Caph prorsus exclusa. Quid quod crebrò hæc littera omittitur, tamquàm superuacanea esset, vti in Eua, Oreb & similibus accidit? Cætera quæ de Cades & Cadesa D. Hieronymus annotat, quia

Sam.

Aug.

Nochi etym.

*Litterarum
Hebraicaru
sonus & pro
nuntiatio de
praua.*

*Sept.
Sceptu.*

quia ad historiam nihil faciunt, aliis relinquo iudicanda, quibus ethicus, allegoricus, & anagogicus sensus gravior est quam simplex & rectus narrationis explicatus; quo tamen nihil prius esse deberet, vtpote vnico fundamento reliquarum contemplationum. Displicet mihi quòd cogar à grauib; & magnæ auctoritatis viris dissentire, sed quid facerem, dum necessitas ita fert; vt alia via tueri non possem historia & meæ & faciæ veritatem ac confessionem, quam si obstacula omnia & impedimenta iam olim à multis seculis hominum animis imbibita tollam; & radicibus euellam? Quæ verò germana litterarum distinctione passim annoto, id facio, quo sensum condocerem qui sint voces ad primas suas origines vocandæ: qua in re nihil à quoquam præstari potest, nisi antè genuinos elementorum sonos distinguat, ac sciat quibus figuris qui soni sint notandi. Sed redeat oratio vnde discessit. Dixi à Gasterot ad Cades deserti Pharan, siue à Cades Barnagh ad Cades deserti Stin ventum fuisse, at omisi omnes mansiones intermedias, tum quòd nihil singulare in illis acciderit, tum quòd pleræque omnes ignobiles fuerint, nec quicquam ab externis auctoribus adferri posse videam quod ad earum faciat illustrationem. Decima tertia item mansio, ad quam à monte Sinai retro die venerunt, nullum certum loci nomen habet; sed ab immodica carniū appetitione, castrorum concupiscentiæ nomen accepit, à qua ad Gasteroth, à Gasteroth ad Cades barne siue desertum Pharan, hinc per varias mansiones versus mare mediterraneum Dei iussu redierunt, ad quod castra metati sunt in Asion Gaber, quod ego Hebraicè Ghasstion Gaber; Latine castra Gabriæ voco. Antea ad Elufam manserant, nunc in reditu in proximo opido diuersantur, ad quod è אֶלְפָה venerunt; quam vocem Latini perperam efferunt Ebrona, alij Hebrona; cum; vt ex iis quæ modò dixi liquet, Gebrona proferri deberet. Est autem hæc Gebrona proxima Raphææ versus desertum Pharan tendentibus, longè alia à Chebron vrbe antiquissima Enachiorum; septem ante condita annis quam Tanis in Ægypto. Hanc Abraham post habitauit, ac in partitione terræ sanctæ tribui Iuda data tandem ad Leuitas venit. Chebron igitur vrbs Iudææ antiquissima à אֶלְפָה nomen accepit, quod est coniungere & in vnum redigere siue foedere siue alia ratione; quod verbum fit à nostro אֶלְפָה id est vnitus, fio; vnde & אֶלְפָה frater dicitur, ceu אֶלְפָה & inde אֶלְפָה diceretur: Nos אֶלְפָה dicimus pro germano fratre. Ciuitas igitur hæc ab vnione & confœderatione nomen accepit, qualis qualis illa fuerit, seu ciuium inter se, siue ipsorum cum vicina aliqua ciuitate. Ghebrona autem nomen habere videtur è sermone Elyssi. Cum enim Elufa & Ghasstion Gaber opida Ghebronæ proxima ad Elyssum aut eius posteros referenda sint, nihil mihi absurdum videbor dixisse, si Ghebronam Ghaberwōnam, id est Gabri habitationem, interpretor. An verò Elyssus cognomen Gauri habuerit, an id cuiusdam posterorum proprium fuerit, equidem statuere non possum; satis mihi est quòd sciam hac voce composita nostratibus liberam itionem siue proficiscendi libertatem denotari; & inde, aded in mentem mihi venire suspicionem, Ianyssum & Gabriwonam idem opidum fuisse. Hinc igitur in Gabri castra, à Gabri castris in Cades deserti Stin ventum est, vbi rursus populus siti cœpit enecari, haud secus atque antea ad Raphæam; quod mirum non debet videri, cum hæc loca in eisdem arenis sita sint, & Raphæa à Gebrona minimò distet interuallo. Rursus ergo Moses rupem percussit, è qua, vt antea è Choreb, copiosa aqua manauit. Ex hoc loco cum Idumæus transitum per fines suos negaret, & magno exercitu obiecto impeditet, diuerterunt ad montem Hor, Idumæis confinem. In hoc monte mortuus est Aaron, & Eleazarus loco eius successus pontifex. Dum ad hunc montem diutius morarentur, & ad triginta dies Aaron lugerent, rex Arad Chananæus per exploratores suos intelligens finibus suis Israëlitas imminere, prior impetū in eos fecit, & prædas egit. Diuino igitur auxilio supplicibus votis impetrato, Israëlita Chananæum non modò repellunt, sed occidione exercitum ipsius delent, & vrbes euerunt: qua de causa loco Chorma nonren dederunt, quod anathema & euerionem significat, חֹרְמָה enim desolare est; à nostro חֹרְמָה id est, omnino locum vacuum reddere, & vndique patentem, quod æquè in vastationem & occidionem è medio homines auferentem atque in consecrationem quadrat. Ad hunc vsque locum ab Amorrhæis antea fusi fugatique fuerant Israëlita, in cuius rei narratione prolepsi & anticipatione nominis vsus est Moses. Vt autem ad hunc montem à maritimis diuerterant,

Castra concupiscentia.

Gasteroth.

Asion Gaber; castra Gabriæ.

Hebrona.

Gebrona.

Gebrona etym.

Hor mons.

Chorma.

Zareth torrens.
Moab desertum.
Phasga Jordanis.

Tarsensis nauigatio quæ tres annos postularit.

ita rursus ab eo redeunt versus mare mediterraneum vnde discesserant, vt videlicet Idumæis montibus ad dextram & Gaza vrbe ad sinistram relicta, ad Aquilonem tenderent; atque inde rursus ad orientem iter flecterent per terminos montis Segir. Diuina enim benignitate factū est, vt Idumæi audaciam cernentes formidarent, & quibus antea transitum negauerant, nunc permitterent: quem metum augebat Aradæi regis, ipsorum vicini, horrenda clades. Transierunt itaq. planitiem eam per quam ex Elusa & Gabri castris Gazam & Aforum tenditur: Venerunt inde ad torrentem Zareth; quod priusquam è Cadefbarne pertingerent, triginta octo anni fuerant elapsi. Hinc in desertum Moab, inde in campos Moab trans Arnon ad fines Ammonitarum, vbi Amorhæos, Basanitas, atque deinde Madianitas ceciderunt. Hinc, Moïse in Phasga mortuo, Iordanem duce Iosue siccis pedibus transierunt. Concido hoc loco profectiois Israëliticæ narrationem, eo quod postrema eius pars nihil faciat ad eam quam versò quæstionem, & vellem sanè breuior esse potuisse in illis quoque superioribus mansionibus, quas propterea accuratius discutere coactus sum, vt liqueret quæ recta fuerit nauigatio è Iudæa in Tharsis & Ophir; quod fieri non potuit, nisi constaret quo loco Asiongaber, vt vulgus pronuntiat, sit ponendum: nec eius rursus certa poterat ratio explicari, nisi & Elus & reliquæ mansiones in lucem vocarentur. Docui itaque, Gastion Gaber dicendum esse pro munitione Gabri. Latini solenne habent, vt litteram G ex aliis linguis acceptam in C commutent. Sic è Gaius fecerunt Caius, è Gnæus Cnæus, è Oy, Cum, è Gastion Castrum, & quàm plurima alia generis eiusdem. Asion igitur Gaber Gabriæ castra sunt, à Strabone demonstrata; & Elus & Elut Elusa Ptolemæi, quibus declaratis cetera facillima redduntur, in quibus & illud est quod mare Suph quæuis Oceani pars vocetur, quæ si vel vetustiores vel recentiores animaduertissent, nihil opus fuisset hac proluxa & odiosa disputatione. Reuertamur nunc ad id quod dubitabatur: quinam fieri posset vt nauigatio Tarsensis tres annos postularet, si Tarses & Tartessus idem regnum sit? Breuiter hinc responderi debet, ad Tarsensem nauigationem non tantum temporis requiri, sed quia simul & in Tarses & in Ophir nauigari solet, duo anni itineri impendendi erant, & iis tanto plus, vt tertio demum anno redirent, quo rursus se ad nouam nauigationem apparabant. Quamuis enim aurum ex Ophir Salomoni & Hiram adferretur, nauigatio tamen à prima statione extra Herculis columnas aliquando nomen accipiebat, quod mirum non est, cum Tarsenses siue Tartessiaci nauigationis totius principes essent atque primi præmonstratores. Hinc eodem capite leges, aurum & ligna Thyina & gemmas pretiosissimas ex Ophir à seruis Salomonis & Hiram allatas, ac mox eisdem eorundem seruos tertio quoque anno in Tharsis nauigasse. Idem clarè cernis capite vicefimo secundo tertij Regum, vbi Iosaphat dicitur classem fabricasse in Gastion Gaber, vt nauigaret in Ophir; quam eandem caput vicefimum Paralipomenon secundi dicit eodem loco factam fuisse, vt in Tharsis proficisceretur. Perpicuum ergo est, eandem fuisse nauigationem quam modò Tharsensem, modò Ophiriam nominarunt, & ad eam tantum temporis fuisse necessarium, vt tertio demum anno possent reuerti, non illud quidem propter interuallum quo Tharsis, sed propter interuallū quo Ophir distabat. Non mirum igitur est Carthaginenses cum Tartessiacos subegissent, tantum apud eos argenti inuenisse quantum historiis proditum habemus, quando non domestico tantum auro & argento, sed Ophirio etiam abundabant.

LIBER

LIBER VII.



VAM QVAM nobis de Tarses & Tartesso agentibus maxima fuit orta difficultas de nauigatione è Iudæa & locis vicinis ad Tarses, longè tamen maior molestia exstitit è terrestri Israëlitarū ad terram diuinitus promissam expeditione; in qua non mirum est, nos haud secus ac in Labyrintho quodam diu multumque diuagatos vix tandem exitum inuenisse. Quamobrem si quis fortassis erit cui noster hic ad sacram historiam discursus nimis videatur prolixus fuisse, is tantisper sententiam suam sustineat, dum ipsemet semel ingenij sui acumen ad eandem illa in quibus nos laborauimus, conferens, experiatur an citra opem nostram & præmonstrationem quidquam ex iis omnibus quæ hæcenus litteris mandata sunt, queat inuenire, quod aut eas quas habemus sequendo interpretationes, sacre historie fidem queat tueri; aut neglectis hinc interpretibus & Græcis & Latinis, hinc quotquot hæcenus commentaria notasse Bibliis intulerunt, rectiorem quàm nos ostendimus viam demonstrat ad veritatem. Scio meis multa adici posse, & ipse adiecissim, nisi veritus fuissim prolixitatem; & erit fortasse tempus cum librum huic rei proprium dedicabo, in quo licebit sigillatim omnia scripturæ loca quæ huc spectant, clarius aperire. Nunc ob iter quod aliud tenebamus, hæc nobis fuit via struenda, salebris & sentibus & id genus obstaculis aliis è medio sublatis. Retineamus ergo, Tarses non aliam regionem fuisse quàm Tartessum, cuius beatam rerum omnium copiam tum veterum scriptorum testificatio, tum præsens rerum status satis declarat. Maxima sanè non Hispanis modò nobilitas, sed sacris etiam litteris lux ex hac inuentione nostra affulgebit; quarum rerum vt prior gratissima esse debet cum Tartessiacis omnibus, tum maxime Regi, ita posterior mihi magnam adfert voluptatem, quod tandem intelligam qui fuerint Reges Tarsis, quæ naues Tarsis, qui mercatores Tarsis, quorum tam magnifica & frequens in sacris litteris mentio habetur. Iucundius posthac legam oden illam Davidis, in qua pulcherrimus hic versus, veluti vnio quidam singularis, candore nitet micatque gratissimo: *Reges Tharsis & insula muneru offerent; Reges Arabum & Saba dona adducent.* Coniunxit elegantissimos vates duos populos felicissimos, quorum Arabes Sabæi satis noti semper fuerunt, quorum regio peculiari nomine Felix nuncupatur: at Hispalenses ceterique Tartessiaci hæcenus in Cimmericis tenebris delituerunt, numquam fortassis eruendi ac liberandi, nisi Cimmericus homo facem obfcuris carceribus intulisset. Liceat mihi gloriari apud eos quorum ego gloriam immensa auxi accessione, qui cum non alteri æquæ rei atque gloriæ inhierent, videant quantum mihi sint debituri. Gaudeo profectò cum Ionæ indultriam animaduerto, qui cum fugam pararet, non ad deserta loca, non ad inuios saltus, non ad mapalia & casus pastorum, non denique ad villos pauperes & egenos, apud quos miseris parum potest esse præsidij & adiumentij, sed ad homines omnium beatissimos sese conferre cogitauit. Voluit videlicet semel fugere, non frequenter; cum ij qui ad inopes & tenues confugiunt, rursus ab his ad alios fugere rerum pænuria atque egestate cogantur. Non lubet mihi singula commemorare sacre scripturæ loca, in quibus Tharsis habemus mentionem; fatius fuerit ad illam venire quæstionem, ad quam necessaria quadam rerum consecutione compellor: quænam nimirum sit Tharsis & Ophir eognatio, & cur è Tharsis in Ophir fuerit nauigandum, & quo loco Ophir situm sit, quodque tantum fuerit interuallum, vt iter biennium sibi postularet. Si versus facerem, rei quam explanaturus sum magnitudo me compelleret ad Musas denuò inuocandas: nunc, quia humi repit nostra dictio, id vnum à Deo petamus; vt nobis suam communicet veritatem, & illa inspiret quæ quàm maximè faciunt ad Christi nomen apud omnes mortales illustrandum. Poteram hinc varia ad id quod volo docendum via vt, at ea mihi commodissima & compendiosissima viâ est ad explicatam narrationem, si prius de persona, nomine, & proposito eius cuius profectio describenda est, agatur; atque deinde addatur, vnde & per quam viam ed peruenit quod proficisci cogitaret. Demonstrari Tarses primum fuisse Tartessum, eundem nunc iam ostendam primum fuisse eorum

Tarſes multa nomina habuit.

Tarſes Atlas quare cognominatus ſit. Wat. Atlant.

eorum qui in Ophir è Tharſis ſive Tartefſo nauigarunt : quod vt faciam , recta via & ratione mathematicos ſequar , qui principio rerum earum apparatus præmittunt , citra quas demonſtratio fieri non poteſt. Oſtendi Elyſſum multa nomina habuiſſe; idem hic de Tarſe cogitandum. Hic enim vel natura ſua , vel patris monitu , vel nomenclaturæ etiam ſuæ ratione non ſolum audax fuit , & diurnus maris calcator; ſed tam aſſiduus etiã & perpetuus hoſpes , vt terras odiſſe videretur. Qua de re cognomen accepit Atlantis, quaſi dicas, Wat=Iant/ id eſt, oſor terræ. Wat enim, dum vt verbum uſurparur, idem eſt quod odio habere; dũ nominis loco habetur, idem eſt quod odium: quæ vox aliàs explicata eſt copioſius. Iant terram nobis generatim notare mari non coopertam quiuis noſtratium intelligit. Reiecta itaque adſpiratione lenioris compositionis gratia, Wat=Iant oſor eſt terræ fluctibus non operta. Videas hic quæſio quàm ſimplex ſit & nuda veritatis oratio . Tarſes audax eſt & diurnus maris calcator; Atlas oſor dicitur terræ ab vndis liberæ. Et quia planius nihil dici poteſt , non ero prolixior in hoc cognomine declarando , quod ex ipſo nomine neceſſaria ducitur collectio. Quodd autem Atlas à Iant deriuetur, obliqui caſus docent; & niſi Græcæ linguæ conſuetudine ita comparatum eſſet , vt nulla vox eam admitteret terminationem quæ eſt in Glans & Lens, Atlans, teſte Seruio, haberemus. Porro Grammaticorum ratio quæ à miſeria perpetua ducitur, nihil habet veriſimilitudinis, nedum veritatis. Cùm enim & Plinius & doctiſſimus quiſque veſtitorum conſtitatur Atlantem Astrologiæ peritiſſimum fuiſſe , & inde cæliſerum nuncupatum; cuius eſt tam ruſticum ingenium, vt ſcientiæ rerum pulcerrimarum miſeriam & ærumnas ineſſe credat? Quid alij ſentiant neſcio : mihi certè ab ineunte ætate ſic præiuit quædam naturæ procliuitas, vt nullum ſpectaculum iucundius ducerem quàm ſtellarum varietates & motiones intueri. Noſtras cæli vocabulum, vt aliàs dixi, declarat nos è cælo venire in ſummi rerum omnium capitis cognitionem. Atqui Dei cognitione ſumma hominis felicitas definitur. Nimiſ igitur rudem , craſſam & ſuillam etymologiam illi Græcarum vocum interpretes inuexerunt, qui Atlantem à miſeria & ærumna, quam in cælo ſcilicet ſuſtinendo ſuffert, nominatum eſſe iudicarunt; cùm nihil beatius, nihil iucundius eſſe queat, quàm omnes aſtrorum rationes habere perſpectas atque ſupputatas, & ex earum conſideratione ad notitiam adſcendere ipſius creatoris, vt ab Ariſtotele, in iis quæ poſt naturæ inſpectionem diſputauit, factum videmus. Reiecta igitur hac ſtolidæ & nimis plebeia nominis interpretatione, Tartefſum cognomen Atlantis ab odio terrarum accepiffe dicemus. Quàm verò diligens fuerit totius maris explorator , Homerus nos docebit ; apud quem hos legemus verſus:

Αλλά μοι ἀμφ' ὀδυροῖσι δαίφρονι δαίεσσι ἦτορ
 Δυσμόρφῳ, ὃς δὴ δὴθὰ φίλων ἀπο πῆματ' ἔπαχε
 Νῆσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ ὄρεϊ τ' ὀμφαλὸς ἔστι θαλάσσης
 Νῆσος δ' ἀνδρῆσας, θνα δ' ἐν δώμασι ναίει
 Ἀτλαντὸς θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὃς ἐ θαλάσσης
 Πάσης βένθρα ὀδέν' ἔχει δὲ τὰ κώπας αὐτὸς
 Μαιερὸς, αἱ γαῖαν τὰ καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχει.

Nos ſic ex tempore effundebamus:
 At mihi cor ſcindit cura infelicis Ulyſſis,
 Qui procul à caris ſuffert aſperrima queeque,
 Inſula in vndiſona mediꝝ maris, arbore multa
 Quam nemus obnubit, ſub quo ſunt atria diuæ
 Omniſcꝝ Atlantis nata, qui nouit ad vnum
 Cuncta vnda Oceani, pile cui ſunt bene longa
 Circum ſe circa cælum terramq; tenentes.

Atlantis nomenclatura & laudes.

Euſtathius hoc loco totus eſt in allegoria, vt & ceteri plerique. Mihi frigida ſunt, ne dicam ineptæ & futiles , allegoriæ in iis quæ ad hiftoriam pertinent, niſi antè veræ narrationis, vnde fabula originem ducit, ſimus certiores . Iam niſi propria quoque nomina eorum intelligantur qui ad hoc philoſophiæ curioſioris genus traducuntur, nihil ſani commentum habebit. Videamus igitur quonam maximè nomine Homerus Atlantem celebret. Primum quidem ὀλοόφρονα vocat: quod vocabulum Cleanthes cum adſpiratione

ratione pronuntians, omnium rerum ſapientem interpretatur. Verùm adſpiratione præponatur an adimatur, ſuſque deſque ferimus; eo quòd in compositione frequenter omittatur, vt in Olympi nomenclatura. Poſtquam verò vniuerſim omnium rerum notitiam in ipſo laudaret, duo explicat ſcientiarum genera, quæ ſic enumerat, vt generationis ordinem videatur ſecutus. Prius enim gubernandi ei tribuit ſcientiam, non illam quidem tam amplam, vt omnem eius latitudinem comprehendat; verùm ſic adſtrictam, vt potiſſimum conſiſtat in profunditatis cognitione : qua cùm in omnibus breuib; tum maximè opus eſt in portub; & ſtationibus intrandis : quod quia cuius perſpicuum eſt, nihil neceſſe fuerit pluribus vel exēplis vel rationibus explanare ; alioquin vel ſola illa declarare poſſet nauigatio, quæ ex Oceano Antwerpiam venit; quæ niſi maximis vaſis ſupra aquam ſemper exſtantibus, quæ ancoris continentur, à peritis breuium hominibus publico ſalario ad hoc munus deſtinatis notaretur, plena eſſet periculorum, propter inconfantiam vadorum & arenarum modò in hanc, modò in illam partem reciprocis fluminis & Oceani fluctibus impulſarum . Quia autem hæc breuium & aliorum canalium notitia in ſingulis regionibus eſt vel vſu vel experientium hominum monitu acquirenda, diurnam obſeruationem requirit; quo tempore cùm ſæpius gubernatori ſub dio ſit pernoctandum , fieri non poteſt, vt non à ſiderum clariffimorum inſpectione ad cognoſcendam omnem eorum & varietatem & motionem inuiterur. Quamobrem poëta ſecundo loco Atlanti accuratiſſimam tribuit aſtronomiæ cognitionem, & eam quidem tantam, vt ipſum dicat habere columnas quæ cælum terramq; ſuſtentent . Quid verò hic Homerus ſignificarit, haſtenus vel à nemine, vel pauciſſimis, quos equidem non legi, perſpectum fuiſſe cerno. Qui volet Euſtathium hic philoſophantem audire, eius conſulat commentaria; mihi non lubet ſingulorum ſententias examinare. Satis fuerit ſimplicem aperire veritatem; & inſignem Homeri elegantiam, non ſatis attentè ab explanatoribus animaduertiã, ne dicam proſus expunãtam & inductam, explicare. Hic enim gradibus quibuſdam Atlantem ſuum ad ſummum aſtologiæ culmen adduxit, prius eum faciens vulgare circa littora & portus nauigationum magiſtrum, deinde paulatim longo vſu eò perducens, vt omnia maris & alta & breuia noſſet; hinc ad ſiderum contemplationem vocans; poſtremò ſic eum omnibus numeris abſoluenſ, vt habere dicat columnas quibus & terra & cælum teneatur. Quid verò? Num homo cælum terramq; ſuis humeris ferre poteſt? Et quo loco quæſio conſiſtat mundi gerulus? Bene habet: Atlantem mentem diuinam intelligunt, cuius vi vniuerſa teneantur. Sed quid hæc ad hiftoriam? Quid hæc ad illam quam dant nominis rationem, quæ Atlantem miſerum quendam & infelicem eſſe definiunt, adeò vt Æſchylus Pleiadas ob id in cælũ relatas dicat, quòd patris infortuniũ perpetuò deſerent, ceu illud ipſis eſſet pietæ cõmiſerationis præmium? Quæ igitur commenta citra omnem harmoniam, immò ipſi harmoniæ proſus aduerſa, conſurgunt; ſuis relinquuntur auctoribus, hac parte nimis turpiter amuſis. Voluit poëta nos docere Atlantem tam fuiſſe cælorum curſus peritum, vt ipſe ſibi totius machinæ mundanæ fabricarit ſimulacrum, quod columnis quibuſdam cælum & terram contineret. Erant autem columnæ duo axes, alter ſuper quo extremi cæli motus omnes alios orbis ſecum rapiens agitur; alter ſuper quo ex aduerſo per obliquum circulum inferiores orbis ab occidente orientem verſus feruntur. Duos enim axes in ſphæricis orbibus è quibus materia ad exemplar cæleſte factis collocamus, alterum quidem axem primi mobilis, alterum axem Zodiaci; qui licet vnus non ſit, ſed alius in alio planctæ; quia tamen poli parum declinant, tantillum videlicet quantum eſt circulorum maximorum motum merientium ab Ecliptica reſſus, pro vno axe habentur; idque eo magis, quòd ſolaris orbitæ axis ceteros ferè metiatur, dum vel hoc vel illo interuallo ab Eclipticâ dicuntur euagari. Scimus profeçtò ſuam cuique planetæ latitudinem in Zodiaco tribui debere, & idcirco tot eſſe axes quot ſunt motionum ſub hoc lato circulo discrimina; verùm hi non ferè in omnibus artificialibus ſphæris diſtinguuntur, ſed liberiore modo & laxiore via vno eclipticæ axe denotantur. Cùm Romæ apud Franciſcum de Bouadilla Cardinalem Mendozam, poſtea Epiſcopum Burgenſem, bibliothecæ, quam copioſa ac varia librorum in omni ſcientia & lingua ſcriptorum ſupelleçtile inſtructiſſimam habebat, præſſem; inter cetera mathematica inſtrumenta ſphæram æneam deauratam habebam gubernan-

Atlanti aſtrognomia cognitio cur tribuitur.

Atlas cur cælum ſuſtinet dicitur.

Sphæra artificialis axes duo.

Sphæra arti-
ficialis inuen-
tor Atlas.

Atlas infi-
gnis astrolo-
gum.

Comam Bere-
nices comam
in calum in-
tulit.

Pleiades qua
fuorint, &
unde nomen
acceperint.

Elyffus Ocea-
nus vocari
potuit.

Oceani vtili-
tas primaria.

gubernandam, quæ lamina chalybea in globo terræ conclusa & plurimis inuolucris in-
torta ciebatur; qua automata motione super duobus axibus cauis Solis & Lunæ cur-
sum tum diurnum tum menstruum repræsentabat. Quidquid autem rotarum ad eam
rem esset necessarium, id totum terræ globus tegebat. Sic igitur de Atlante existimo,
inuenisse eum industria sua & longa obseruatione sphæræ cælestis simulacrum, in quo
Sol & Luna & fortassis alij planetæ, haud secus atque in cælo, mouerentur; & imita-
tione artificiosa omnem dierum & noctium motionum varietatem oculis spectandam
exhiberent. Eiusmodi instrumentum Atlas manibus suis tenens atque versans, tum
ad suum, tum ad aliorum animos rerum cælestium cognitione pascendos, verè dici
poterat, duas vel plures habere columnas quibus & terra & cælus sustineretur. Hæc pura
est & simplex, non poëtica modò narrationis, sed ipsius etiam veritatis explanatio.
Atlas enim in vtraq; re iuxta valuit, & in gubernandi scientia, & in astronomica dimen-
sione, quam non numeris tantum, sed instrumentis etiam explicabat. Falsum igitur
est quod Polyidus Dithyramborum scriptor prodidit, Atlantem non astronomum, sed
pastorem fuisse, quem Perseus obiecto capite Medusæ in saxum montem conuer-
terit. Est quisquam tam hebes, vt non intelligat Atlantem astronomum fuisse, si non
ex iis quæ Homerus de ipso cecinit, at saltem ex Pleiadibus quas poëtæ filias eius fuisse
dicunt? Timæus non Pleiades tantum, sed Hyades etiam filias eius fuisse tradidit, è quo
luculentius existit argumentum ad docendum, insignem eum astrologiæ fuisse præ-
monstratorem; quippe qui tam multis stellis nomina fabricauit, diligentis astrorum
obseruationis monumentum sempiternum. Hunc imitatus est multis post sæculis
Conon, is qui Ptolemæum astrologiam docuit; qui vt Regi munere immortalis gratifi-
caretur, Berenices vxoris comam astris intulit. Ceterum maior fuit illi quàm huic ratio,
& tanto quidem maior, quanto totius Astronomiæ princeps potiore iure filias suas
quàm hic alienam vxorem posterorù memoriam consecrauit. Vnde verò Pleiades dictæ
sunt, non satis inter scriptores conuenit. Plerisque placet à Pleione matre sic vocatas
fuisse, quod vt demus, eadem tamen rursus existit quæstio, qua nimirum de causa mater
ita nominetur. Ouidius quinto Fastorum libro rem ita commemorat:

*Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis, quæ patet, ambit aquis.
Hinc sata Pleione cum stellifero Atlante
Iungitur, vt fama est, Pleiadesq; parit.*

Vnde Pleione nomen acceperit, video parum liquere, & verò eorum sententia minimè
placet, qui ab anno, quem *πλεϊων* etiam vocari aiunt, deriuant: propterea quòd hæc
ratio ipsius genealogiæ parum vel nihil consonare videatur. Quis Oceanus, quæ Tethys
sit, alibi latius explicatur: hinc satis esto sacrum Oceani nomen, vt pleraque alia omnia,
homini attributum fuisse. frequens enim est loquendi consuetudo qua eius quis Dei
nomen accipit, cuius dotes in ipso maximè sunt illustres: cuius rei ratio à Platone eo
loco expressa, quo docet animos è corporibus ad eos deos euolare, quorum studia ma-
ximè sunt secuti. Hac ratione Elyffus potuit Oceanus vocari, propterea quòd primus
post diluuium ad Oceanum penetrarit. Quòd si eum Oceanum facias, iusta consecra-
tione vxor eius fuerit Tethys. Eorum deinde filia Pleione meritò vocabitur, non ab
anno, non à pluribus, sed ab vtilitate nauigationis, cuius Oceanus pater est; vt pote pa-
ter omnium fluminum, stagnorum, & vno verbo, omnium aquarum per quas nauiga-
tur. Quòd si primariam Oceani vtilitatem quæras, non aliam inuenies præstantiorem
quàm nauigationem; per quam fit, hinc vt terræ longissimè distat accipiant colonos,
hinc vt ingens rerum ad vitam vel necessariorum, vel commoditates & ornamenta ad-
ferentium copia subministratur. Non mirum itaque si Elyffus, Ionis insularum domini
maximus natu filius, primam suam filiam Pleionem vocarit, id est, nauigationis vtilita-
tem; adiumentum atque fructum: cuius compositionis vim nemo ignorare potest, qui
modò horit de Hesiodi monitu, quàm malux & asphodeli sit *μέγα όνειαρ*, quando inde
promptum est ad intelligendum *πληϊόνων* non aliam esse, quàm eam quæ *πλειν όνειαρ*.
Scimus Nochum Dionysij, Herculis, & aliis aliarum diuinæ beneficentiæ potestatum
nominibus à sobole sua indigitatum fuisse; & modò ostensum est, ipsum quoque Elyf-
sum variis cognominibus nuncupari: quo fit vt minimè absurdum debeat videri, si
inter

inter alia Oceani quoque nomine fuerit ornatus, vt is qui maximus natu filius esset
eius quem Nochus diuino instinctu dominum fecerit omnium insularum, & idcirco
ipsum etiam, quàm latè patet, Oceani, cuius ambitu terræ insulæ sunt. Porò solenne
etiam est heroum vxores illis dignari nomenclaturis, quæ insignem aliquam mariti
virtutem & singularem diuinæ gratiæ dotem designant. Sic Cadmo Harmoniam, Stri-
moni Euterpen, alias aliis heroibus deas coniuges à poëtis datas videmus; qua etiam
ratione, tametsi nulla alia, rectè dixerimus Pleionem Vlyffis vxorem fuisse; eo quòd
præcipua eius dos fuerit, maximam mortalibus è nauigatione adferre vtilitatem, tum
ad varias terras possidendas & earum munera perfruenda, tum etiam ad totius orbis
cognitionem; quæ non alia via quàm nauigatione multa diuturnaq; parari potest. Con-
firmat opinionem hanc meam Hesperidum nomen, quod Atlantis filiarum de matre ha-
buisse dicuntur: qua de re fit vt Hesperis, id est Hesperii filia, qui alio nomine Hody-
seus nuncupatur, Atlantis vxor fuisse videatur. Duxit enim Tartessus siue Atlas Vlyffis
siue Hesperii filiam maximam natu, è qua quæ natæ sunt, Hesperides sunt vocatæ. Ac
profectò non alia causa dari potest, cur Atlantis filiarum commune nomen ab Hespero ac-
ceptum vsurparint, quàm quòd matrem habuerint Hesperii filiam, qui Tartessi fuit
frater maior natu: quo coniugio factum est, vt & arctius inter fratres amoris vinculum
neceteretur, & minor in terris diuidendis controuersia existeret. Videmus enim Atlanti
placuisse, vt insulæ Oceani Africae obiectæ Hesperides vocarentur; qua in re alter no-
men suum, alter filias suas agnoscebat, & de vna eademq; fidelia vtriusque memoria
depicta est in tabulis sempiternis. Eadem ratione promontorium in Oceanum longius
sele extendens, quod maximi fluminis insula est, Hesperium nominatur; & totus adeò
Oceanus ille sine discrimine modò Hesperius, modò Atlanticus vocatur; in quorum
nominum priore Elyffis, in posteriore Atlantis memoria celebratur. Et vt illud quod
nunc Caput viride vocatur, ab Hespero antiqui nominis originem haber; ita alterum
Tartesso longè propinquius Atlas nominatur, quo fit vt citra inuidiam fratres commu-
nem regionum Libyæ & Æthiopiæ maritimarum possessionem habuisse videantur.
Quoniam tamen totius illius littoris nauigatio propius ad Tartessum quàm ad Lulum
pertinebat, totus Oceanus Africae oppositus Atlanticus ferè à prisca nuncupatur. Hinc
Platonius Solo apud Ægyptios didicit, maximam olim in eo insulam fuisse Europa &
Africa non minorem, & eam quidem Atlanticam dictam. Videmus ergo Tartessum
primùm quidem ad proxima Africae littora traiecisse; ad quæ minor Atlas pertinet;
deinde vterius ad alterum promontorium maioris Atlantis nomine celebratum; post
etiam ad maximum illud prouenisse, quod perinde atque Delta Ægyptiacum Nilo
Nigri maximi fluminis ostiis continetur, Hesperium tum de fratris, tum de vxoris no-
mine nuncupatum: cui & filiarum debent vt Hesperides nominentur, quarum monumen-
tum æternum Atlas voluit in Hesperidibus insulis manere. Vereres itaque fabularum
scriptores optimè illi quidem Atlantem & Hesperum fratres fecerunt; & Hesperidibus
Atlantis filiarum nomen à matre contigisse annotarunt; verum in eo lapsi sunt, quòd
vtrumque Iapeti filium esse scripserint, cum ex iis quæ modò à nobis exposita sunt, cla-
rum euaserit, Iapeti eos non filios, sed nepotes fuisse. Condonandus tamen hic error,
eo quòd vno dumtaxat gradu seducat à veritate, & possint ceteroqui largo vocis vsu ne-
potes quoque inter filios haberi. Ceterum qui litteris prodidit Hesperum Milesium
fuisse, multa gregum possessione prædiuitem, is mihi videtur vsquam legisse, Hesperum
Mileti fuisse conditorem, & inde ad Milesia vellera, aurea Hesperidum mala transtulisse.
Docui antea Milesium à Care Elyffis siue Hesperii filio conditam videri & nuncupatam,
ad principem quandam virtutem omnibus commendandam, eo quòd non aliud sit
Milet quàm caput liberalitatis omnibus expositæ & apertæ, tum in ceteris tum in scien-
tiis communicandis. Suboleuit ergo & huic fabularum interpreti nonnihil veritatis,
quæ in eo consistit, quòd Elyffis soboles non Miletum tantum, sed totam quoq; Cariam
& vicinas Ioniam regiones prima habitavit. Hæc, licet nonnihil ab historiæ fide declinan-
tia, addenda tamen mihi putauit, vt antiquitatum studiosi cognoscant, quàm nos verè
scripserimus, Hesperii siue Elyffis genus ex Ionia esse reperendum. Concludamus igitur
hunc nostrum sermonem ad eam formulam, vt Atlantem Tartessum siue Tartessum
esse dicamus, & Hesperides ei ex Elyffis, qui Hodyseus est & Hesperus, filia natas: quas
K Pleiades

Pleiades in celo vocamus, nomine item à matre ducto, siue potius ab ea dote qua Hesperus Pleiones maritus maximè celebratur. Verùm enim uerò quamquam plerisque vetustiorum video placuisse, vt Pleiades nomen à matre dicantur sortitæ; nos tamen & alteram rationem dari posse cernimus, & eam quidem maioris etiam momenti, quàm si de sola nauigationis utilitate, quæ matris nomine consignata est, cogitur. Neque enim satis est nouisse maximas de nauigatione vitæ commoditates suppeditari, nisi & tempus ad nauigandum idoneum sciatur; citra cuius notitiam non lucrum & quæstus, sed grauissima damna & præsentissima pericula nauigantibus euenirent. Quamobrem Atlas huius rei perpetuam volens extare doctrinam, duo siderum genera Tauro caelesti adiunxit, quorum alterum Hyades, alterum Pleiades vocauit. Timæus igitur nõ Pleiades tantum, sed Hyades etiam Atlantis filias facit: quo iustam dodecadem numerus abfolueret. At Pherecydes Hyades esse vult Nymphas Dodonidas Dionysij nutrices, quæ Lycurgum tyrannum fugientes, Iouis commiseratione astris sint illatæ. Nostra non admodum refert, quo quisq; modo in his commentis versetur, dum illud saltem constet, Atlantis beneficio non paucas stellas nomenclaturis donatas olim fuisse, tametsi quam plurima antè sidera suis nominibus fuerint Tartessi maioribus insignita. Sed misisa hac controuersia, causam queramus cur alia Pleiades, alia Hyades uocentur. Pleiades ab opportuno ad nauigandum tempore nuncupari si dicam, non videbor mihi nec à scopo, nec ab Atlantis mente aberrasse; eo quod, cum hæc cum Sole matutino tempore oriuntur, Oceanus & partes eius citra Tropicum Cancri aperiantur, & tempestiuam faciant nauigationem. Quid quod circa idem tempus arca Nochi primùm cœpit diluuiò innatare, quod principium fuit omnis nauigationis? adeo vt vel hac sola de causa stellæ, de quibus agimus, Pleiadum nomen mereantur, ceu nauigationis principes uocarentur. Nec alia de causa Hyades suum nomè videntur sortitæ, quàm quod monstrosa illa & portentosa pluuia, quæ totum orbem aquis obruit, eo tempore deciderit, quo Sol cum his stellis oriebatur. Accedit huic & altera causa, quod hoc tempore quo Taurus terras aperit, pluuia sit maximè opportuna. Sic Virgilius:

*Vere tument terra, & genitalia semina poscunt:
Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Contugis in gremium læta descendit, & omnes
Magnus alit magno commissus corpore fœtus.*

Idem alibi Ver imbriferum vocauit. A pluuia igitur Hyades nomen ducunt, quas Latini dum Sucas vocant, non illi quidem malè Græcam uocem, vti Noctes Atticæ uolunt, transfulerunt; sed quod Græci recto sermone & simplice significarunt, id ipsi eleganti simbolo notauerunt. Quia enim Sucas vnà cum sua matre aquis & cæno gaudent, prisca homines hieroglyphico ritu suis signo vsi sunt ad pluuium tempus designandum. Hinc pro hieme in vetustis Romanorum fabricis frequenter suem sculptam videmus: nec aliud sibi uult, Adonin Veneris delicias Apri dente occisum esse, quàm anni voluptatem nobis per hiemem tolli. Hinc luctus & fletus idolomaniacus Syrorum eo tempore institutus, dum Sol incipit à Tropico Cancri ad Tropicum Capricorni declinare, ceu iam rum oblectamenta & deliciae ipsius anni ad interitum vergant. Quemadmodum igitur sculptores Romani, aut potius rituales eorum magistri, suem pro hieme posuerunt; ita prisca illi pro commodis & optatis pluuiis fuculas in celo sibi finxerunt, eo quod sus & aquarum, quibus gaudet, & fecunditatis, qua maximè pollet, aptissimum signum habeatur. Plus igitur noctis habet & caliginis, aut potius erroris & ignorantie, quàm Atticæ elegantia reprehensio illa, qua veteres infimulantur, Hyades non bene fuculas reddidisse. Sunt autem hoc nomine quinque stellæ in fronte Tauri designatæ, à figura litteræ, quæ nomen quo uocatur apud Græcos exorditur, non multum recedentes; adeo vt non defuerint qui nomen inde datum putarint; quod & Homeris scholiastes annotauit. Virgilius dum cecinit,

Taurus & auratis aperit cum cornibus annum;

ad duo mihi potissimum respexisse videtur, alterum, quod Taurorum cornua in sacrificiis non vitris modò ornari, sed aliquando etiam aureis cõsueuerint induci bracteolis: alterum, quod Hyades, quæ Tauri frontem occupant, Vere aureum imbrem in terras largis cornibus effundere soleant; quos nostrates etiã vernaculo suo sermone designant, Purum

Hyades.

Pleiadi alia nominis ratio.

Hyades unde nomen acciperint.

Suis hieroglyphica significatio.

Adonis cur apri dente fingatur occisus.

Hyades stella qua sint.

Purum putum aurum hac Veris parte pluere dicentes: qua de causa non Bacchi tantum nutrices, sed omnium plantarum meritò dicerentur. Pleiades uerò latus Tauri dimidiati, qualis in astris spectatur, illustrant, & idcirco Solem prius quàm Hyades hospicio accipiunt, eo quod Taurum subeat auersum, vt Phaëthonti pater indicauit hoc versiculo: *Per tamen aduersi gradieris cornua Tauri.*

De his Proclus in Hesiodum scribens arcanam sibi ac sublimem Theologiam meditatur, has stellas sigillatim Planetis distribuens: quæ contemplatio, quia maximã naturæ diuersitatem angustissima cæli parte concludit, subtilior mihi videtur, quàm ad usum queat applicari, & obscurior, quàm septima Pleiadum, cui Lycophron fuit comparatus; & vt quod sentio apertè dicam, frigidior quàm vt in ea quicquã vel operæ vel temporis sit collocandum. Hellenicum in primo Atlantidũ libro eas sic enumerat, vt singulis suos affingat amores; sex quidem Diis, vnam mortali copulans; & ex Taygeta & Ioue Lacedæmonem, è Maia & Ioue Mercurium, ex Electra & Ioue Dardanum, ex Alcyone & Neptuno Hyrium, è Sterope & Marte Oenomaum, è Celæno & Neptuno Lycum, ex Merope & Sisypho mortali Glaucum nobis producens. Nobis hæc commenta parũ admodum facere videntur vel ad astronomicam, vel ad historicam veritatem: id clarũ est, Tauri signum totum Venereum esse; & vt ita dicam, Lastaurocacabon magnã vim seminis in hæc inferiora perpetuæ generationi & corruptioni obnoxia effundens. Quia autem terram fecundis imbribus & grato tepore aperit, ac seminibus variis & copiosis implet, Hyades accepit: Quia uerò mare clausum nauigare uolentibus recludit, Pleiadibus insignitur; atque hac de causa mensis quo Sol sub hoc signo diuersatur, optimo iure dicitur Aprilis, id est, excellentem vim habens in aperiendo. Quando itaq; Hyades & Pleiades nomina siderum naturis apta sortiuntur, eò compelli mihi videmur, vt fateamur, Atlantem filias suis ab astris, non contrã à filiabus astris nomina petiuisse. Neque enim hæc nomenclaturæ proprias aliquas humanæ indolis habet notas, sed totæ ad caelestem naturam spectare cernuntur; atq; ea de re non ab hominibus ad stellas, sed à stellis ad homines descenderunt. Quod igitur nos antea è veterum commetariis adduximus, Atlantem perinde à filiabus atq; Cononem à Beronice nomina sideribus dedisse, id sanè fuerit negandum. Nobis satis fuit ostendisse hoc argumentum eò facere, vt non minus Atlas quàm Conon Astrologus fuisse diceretur, minimè uerò ad id vt de filiarum nominibus alia nominarit, tametsi plerique sic existimarint. Cogimur enim paulatim è fabulis ad veritatem venire, quæ nec prima fronte, nec à quouis, nec facili via peruestigari potest in tanta opinionum & figmentorum uarietate. Et uerò hic nobis scopuserat, vt Atlantem ostēderemus cum omnium artium cognitione, tum nauigandi peritia & siderum obseruatione plurimum ceteris mortalibus præstitisse: quod, licet non aliunde, inde tamen constaret, quod filias suas astrorum nomenclaturis nuncuparit. Gemina ergo ratione Atlas diceretur, id est, terras odisse: altera quod perpetuò nauigationi vacaret, altera quod neglectis terris totum sese caelesti daret contemplationi; quæ maximè declarat & ante oculos ponit stupendam & augustã opificis maiestatem; ad quam vt subuehamur astrorum monitu atque concentu os homini sublime datum est, contrã ac ceteris animantibus, vt nec ab vno poëta, nec ab vno sapientiæ magistro est annotatum. Homerus Achilli scutum fabricaturus diligenter obseruauit, vt astrorum peritiam principium faceret omnis ordinis, omnis harmoniæ, omnis custodiæ, omnis denique, quàm latè in hominum cœtibus regnat, ueritatis. Quoniam enim ueritas in primo sermone à custodiendo nomen accepit, eius adipiscendæ ratio maximè decet vt in clypeis ad tuendum factis explicetur. Quamobrem in scuto quinq; primùm zonas expressit, ac deinde ea adiecit quæ mentibus scientiarum audis in primis uidentur admiratione digna: inter quæ mox scientiæ totius vniuersitatis, quam Timæus Platonis post est persecutus, dedit principatum:

*Εν μὲν γαῖαν ἔτδ' ἐν δ' ἕρανον χηδὲ θαλάσσαν,
Ἡέλιον τ' ἀκάμαντα, σελήμιον τε σελήθεσαν,
Πληιάδας δ' ὑάδας τε, τότ' ἑνός Ωρίωνος,
Ἀρητον δ' ἦν καὶ Ἀμειζαν ἑπὶ κλησον καλέεσον.
Ἡτ' ἀπὸ τ' ἑρπέδ' καὶ Ωρίωνα δουδύει
Οἷν δ' ἄμμορές ἐστὶ λοβῶν ὠκεανοῖο.*

Pleias astrũ ubi sit collocatum.

Taurum astrum totum Venereum.

Atlas filias suas Hyades et Pleiades nomina ab astris, non astris à filiabus nomina petiuisse.

Atlas igitur non nauigandi tantum studio, sed earum etiam rerum contemplatione, quas Homerus intelligentes viros maximè decere cecinit, à terris ita auocabatur, vt earum odio teneri videretur, atque ea de causa mereri Atlantis cognomen. Cæterum, quoniam sphaeram duobus axibus caelum terramque continentem perpetuò manibus versabat, & hac de re totam machinam mundanam sustinere videbatur; factum est vt Atlantis nomen ad Caryatides & Telamones columnarum vicem in ædificiis sustinendis subeuntes transferretur. Dicitur autem Telamon id quod ad tenendum est idoneum, non in Atlantibus modò palatiorum ab Eunio, sed ab Homero etiam in clypeis vsurpatum vocabulum. Quamuis autem Atlas ferè in mari versaretur, & sideribus obseruandis in patente latissimè horizonte inuigilaret; alij tamen astronomiam non ad nauigationem tantum, sed ad rem rusticam etiam applicarunt; qua de re Hesiodus sic canit:

Πληιάδων Ατλαζηνέων ἑπιτελομενάων
 Ἀργεὸν ἀμύγδον, ἀέστιο δὲ δυοσωμενάων.

Hunc Virgilius imitatus est:

Antè tibi Eos Atlantides abscondantur
 Debita quàm terris committas semina.

quo loco occasum Pleiadum ab Hesiodo commemoratum exponit; quæ nimirum Sole Scòrpium subeunte matutino tempore in Occidente demerguntur. Et hæc modò de Atlantis astrologia; & filiarum nominibus à caelo petitis dicta sufficiant. Quando igitur constat Atlantis & eius filiarum in Africæ littoribus & Oceano occiduo clarissima extare monumenta, colligimus Tarsesium totum illud pelagus primum frequentasse, atque deinde astronomia fretum tantisper sub eadem parallelo & in eadem latitudine cursum tenuisse, dum ab Africano litore in oppositas terras appulisset; quas de nomine suo Atlanticum orbem vocauit. Quid enim facilius quàm ab Hesperidibus insulis aut è fortunatis Atlanti maiori procul obiectis seruata eadem poli altitudine solis cursum sequi, & eò deduci vltra Oceanum vel ad orientalem orbis plagam, vel ad terras aliquas interiectas? Quia verò hic Oceani occidui traiectus maximus fuit, optimo iure Atlanticus orbis Opher dictus est: quo non aliud in Iapeti, cuius Atlas nepos fuit, lingua denotatur, quàm id quod vltra iacet. Nauigatio igitur è Tarsesso in Opher nihil aliud erat quàm traiectus in terras vltra Oceanum Atlanticum iacentes. Porro quòd ea Atlantidis pars, quæ ad Darienam angusta terrarum Isthmo duo maxima & vastissima matia separat; Peru nominetur, id hanc habet causam: Purauit Atlas in illa sibi vterioris terræ parte munimentum fabricandum, quòd semper tutum appulsam & exitum haberet; atque insuper merces securà custodià tantisper seruarentur, dum tempus esset nauium onerandarum. Opherum enim idem est quod custodia traiectus; siue, rutela nauium stationis, quam Opher etiam, siue per digamma Oer vocamus. vnde Oer opido in Zelandia celeberrimo nomen. Quòd si hanc huic compositæ voci iungatur, Opheru heim habebis, quo denotatur domus ad nauium stationem & traiectum custodiendum comparata. Inde est vt aurum è Pheruheim in Paralipomenon libro altatum, non aliud sit quàm aurum Opher, siue aurum apportatum ex arce orbis Atlantici; facta ad nauigationis & mercatus securitatem. Ex his igitur Peru & Perueim reiectis adspirationibus habemus, nec est quòd Hebræi quicquam sibi iuris in his vocabulis vsurpent; quando ex iis quæ dixi satis perspicuum est & euident, has voces de illius sermone capere debere interpretationem; qui primus orbem Atlanticum suis posteris dedit habitandum. Quamuis itaq; Opher apud Hebræos nomen sit viri proprium, id tamè à nostro Opher siue Oer significatione longissime distat, quod per E non per I pronuntiamus; licet Hebræi eadem figura pro duabus his vocalibus, dū citra puncta scribunt; vt cogantur: haud secus atque illi à quibus Alphabetum suum & litterarum nomina mutuati sunt. Nulla igitur hic in Peru ex Opher metathesis, nulla in Perueim numeri variatio, nihil denique est huius vocis in quo Hebrææ linguæ peritus artis suæ præcepta exercere possit, cum vocabula omnia iis debeantur qui priscum sermonem à Sertinis acceptum retinuerunt. Nec aliunde aurum Obrisum habet quòd Obrisum & sit & nominetur: qua in voce mirum est quàm doctissimus quisque sese torserit, è Græco sermone significationem & eius causam exponere laborans. Equidem superuacaneum

Telamon quid.

Atlanticus orbis.

Opher dictum orbis Atlantici.

Peru quæ eam quam habent nominis rationem.

Oer.

Pheruheim.

Aurum Obrisum unde nomen accepit.

neum existimo singulorum hac de re sententias exercere, quando via recta demonstrata satis perspicuum sit, quantum quisque aberret. Opher/ Oer & Oer sine discrimine pro eodem in variis dialectis vsurpantur: vnde Oerueis ad verbum significat iter quo traicitur, quo per excellentiæ figuram profectio in orbem Atlanticum denotatur. Hinc inter mercatores Tarsesiacos & alios eiusdem nauigationis peritos aurum Oberreissum dicebatur quod illo itinere esset allatum, & inde mox syncopetòs Obreisum in vulgus transiit pro auro purissimo, quale videlicet Atlanticus dabat traiectus. Quamobrem aurum Opher, aurum Perueim, & aurum Obreisum pro eodem dicuntur, pro auro nimirum puro puro, cui nihil est alterius metalli admistum. Quamquam enim Tarsessus non exiguam auri copiam suppeditabat, vberius tamen & purius ex orbe Atlantico adferebatur; cui tanta probitatis laus apud omnes constabat, vt non Hispanico tantum, sed Arabico quoque præferretur: cuius ingens etiam copia ex vltiore Arabia per Petram facili camelorum vectura ad Salomonem portabatur. Admirandam profectò templi Ierosolymitani structuram fuisse oportet, cum ob alia, tum ob materiam è tam longinquis & variis terris conquisitam. Neque enim solum aurum ex Atlantico orbe petebatur, sed ligna quoque Thyina eadem nauigatione adferebantur; quæ an ex Atlanticis saltibus, è quibus post à Romanis magnis sumptibus petita legitimus, an ex orbe quoque Opher aduecta sint, cum vtrumque commodè fieri poterit, ignoro. Hac ætate magna cedrini ligni, quod suauissimo odore spirat, copia ex Hesperio promontorio aliisque locis partim citra, partim vltra Oceanum sitis Antuerpianam fertur. Nec verò cedrina modò, sed aliarum quoque arborum odoratissimarum materia eadem nauigatione portatur, quarum & color & odor varius atque diuersus elegantissimum nobis opus dat tessulatum, quo quicquid ingeniosa & artifex pictorum manus potest imitari, elegantissimè ob oculos positum videmus. Durat hæcenus Syllanum in Prænestino Fortunæ templo pavementum: sed, fas sit maiorum pace dicere, longè superatur ab his nostris, quæ ligneis frustulis fiunt, quarumuis rerum figuris: tanta est colorum varietas, tanta imitationis subtilitas, tanta viuacitas simulacrorum. Verum omnem materiæ varietatem oratione explicare perarduum sit, & vnum eorum quæ hæcenus à nostris hominibus nullo modo præstari possent; quando paucissimarum arborum descriptiones ab illis proditas habemus qui Opher siue Ultramarinum orbem scriptis suis nobis aperuerunt: Gaicum & eius generis nobilissima sunt, ob vsu quotidianum in illa lue curanda, quam vnà cum auro ab Atlanticis Europæi acceperunt, ac cæteris deinde nationibus tam Asiaticis quàm Africanis citra inuidiam communicarunt. Tinctoris ligno Verzino, quod nostrates Bresilianum vocant, nihil vel notius vel frequentius ad pannos purpureo colore imbuendos. Sed quid de cæteris dicam? inter quæ, vt varij colores, ita odorum non pauca discrimina. Sunt quæ suauitate cum rosas certant, & inter alia vidi quod anisi odorem ita spirabat, vt anisi lignum nuncuparem: Nec desunt quæ foetent, in quorum genere memini mihi suboleuisse quoddam humanum sterces ita naribus repræsentans, vt cum fortè in cuiusdam scriuarij domum venissem, dicerem officinam ipsius mihi latinam videri; cui meo dicto ille arridens, & ligni ramenta quod operæ leuigabant naribus obiciens, rogauit num agnoscerem quodnam olfecissem. Quid dicam de arbore quæ liquorem illum suppeditat nobilissimum, quem ob odoris suauitatem & maximas recentium vulnere curandorum vires, Balsamum vocamus? Eius duo genera sunt; alter cortice inciso limpidissimus destillat, haud secus atque oleum abiegnum; alter excoquitur, & idcirco spissior est. Quòd si quàm multa vehemens odor & acutus sapor linguam pungens pollicentur experientia apud omnes declarasset, non esset quòd magnopere veterum balsamum desideraremus. Admiranda sunt quæ de viribus sassufas, arboris in terra Florida frequentis, feruntur. Huius odor mihi gratissimus accidit, tamen aliis vehementior fortasse iudicandus sit, quàm vt crebrò conueniat infirmiori. Non facile credat qui non sit expertus, eius ligni vnciam vnã nobis Geltam integram, id est paullo plus minus octo libras, dare potionis, vt saluberrimæ ad corpora superfluis humoribus liberanda, ita odoris suauissimi, citra omnem vel minimam notam ingrati saporis, modò rectam coquendi rationem sequamur. Lignum illud quod à colicis doloribus curandis quidam mihi nominarunt, necdum ad vsu medicum vocaui. Sed

Ligni ex orbe Atlantico petiti elegantissimi & varietatis.

Gaicum.

Verzini seu Bresilianum lignum.

Balsamum.

Sassufas.

De Atlantico orbe veterum sententia & testimonia.

Plato in Timæo.

Herodotus.

Aristoteles in libro de mirabilibus auditionibus.

quid ago: quorū cœpi euagari? Quasi verò huius loci sit Atlantici orbis arbores enumerare? Reuertatur ergo calamus ad id quod agebamus: & quia Thuiam navigatione Oceani ad structuram templi Ierosolymitani apportatam fuisse dixi; videamus an huius maris exteri & orbis Atlantici ultra Oceanum occidentum siti notitia vlla fuerit apud antiquos. Id quia veterum testificatione nobis est docendum, non existimo me lectori vel prolixum vel odiosum fore, si ipsa auctorum verba adscripsero. In primis igitur audiatur Plato, aut potius Ægyptius sacerdos, priscam veritatem nec prorsus oblitus nec penitus affecutus. At, quia Latinis loquimur, Iani Cornarij, cuius interpretationem nunc ad manum habemus, verbis utemur, quo vertendi labore careamus. Ægyptius igitur de Athenis ita apud Solonem sermonē habuit, vt inter cetera & ea diceret quæ sequuntur: Multa quidem igitur & magna ciuitatis vestra facta hinc scripta in admiratione sunt, vnum tamen & magnitudine & virtute omnia excedit. Scriptum enim habetur, quantam ciuitas vestra vim cum omni iniuria grassantem aliquando compresserit, quæ extrinsecus ex Atlantico pelago progressa simul in omnem Europam & Asiam impetum fecit. Tunc enim pelagus illud nauigabile erat: Insulam enim ante ostium habebat, quod vos columnas Herculis appellatis. At insula illa & Libya & Asia simul maior erat; ex qua ascensus ad alias insulas tunc proficiscentibus contingebat: ex insulis autem in omnem ex aduerso continentem circum verum illum pontum sitam. (nam quæ intra ostium sunt, portus esse videntur, qui angustum quendam aditum nauibus præbet: illud autem reuera pelagus est; & quæ ambit ipsum penitus, verè terra rectissime continens dici potest.) In hac verò Atlantide insula magna & admiranda Regum potentia fuit, quæ vniuersæ quidem insulæ dominaretur; multis autem etiam aliis insulis & continentis partibus. Imperabant insuper his qui in Libya huc vergente sunt, vsque ad Ægyptum. In Europa verò vsque ad Tyrrheniam. Hæc autem vniuersa vis in vnum collecta, & vestrum, & nostrum, & omnem intra ostium locum vno quandoque impetu in seruitutem redigere aggressa est. Tunc igitur vestra, ô Solon, ciuitatis potentia apud omnes homines & virtute & robore inclauit. Omnibus enim animi magnitudine & artibus militaribus præfecta partim Græcorum dux, partim ipsa sola reliquis necessariò deficientibus ad extrema pericula adducta, deuictis quidem hostibus trophæa erexit; eos autem qui nondum in seruitutem subacti essent, subigi prohibuit: nos autem alios, qui intra Herculeos terminos habitamus, omnes luculenter liberauit. Postiore verò tempore, terræ motibus ac diluuiis ingentibus obortis, vnâ die ac nocte graui incumbente, & apud vos totum militare genus acervatim terra absorbit, & Atlantis insula similiter in mari submersa disparuit. Quapropter etiam nunc innauigabile & intentatum manet illud pelagus, luto paulatim impediante, quod insula submersa inuexit. Quæ itaque ad veterem Critia dicta sunt, ô Socrates, prout ex Solonis narratione accepit, in summa audiuiſti. Et hæc quidem ex Timæo; quibus si ea quæ in Critia, siue Atlantico, super eadem re dicuntur, adiungam; prolixior me quam vtilior præstitero: eo quò loco veræ narrationis amissæ, meras fabulas dialogus ille complectatur; quas vel ad naturæ, vel ad reip. vel ad rerum diuinarum contemplationem reuocare non est huius nostri instituti. Sufficit ostendisse apud Ægyptios tenuem quandam orbis Atlantici memoriam ad Platonis vsque ætatem extitisse, quam fortasse de Iudæorum relatu acceperant, apud quos post classem Iosaphat contractam nemo fortasse ad Opher nauigarat; ita vt mirum non sit fabulosas narrationes pro veris irrepsisse. Herodotus, licet prius apud Ægyptios habitasset, ac diligenter omnem perquisiisset antiquitatem, minus tamen cognitionis de Atlantibus populis videtur affecutus, quando apertè fatetur se nihil de iis dicere posse quæ vltra Atlantem Africæ montem Occidentè versus porriguntur. Extrat libellus De mirabilibus auditionibus, Aristoteli attributus, in quo clarissima Atlantici orbis mentio habetur ad hanc sententiam: In mari extra Herculis columnas aiunt insulam à Carthaginensibus inuentam esse, fertilè illam quidè, sed desertam; in qua non siluarum modò omnis generis copia sit mirabilis, & fructuum diuersitas, sed fluminum etiam navigationi aptorum abundantia, quæ tamen multorum dierum navigatione à continenti sit remota. Hanc cum Carthaginenses frequenter adirent, & fertilitate allecti non pauci etiam habitarent, magistratum pœna capitis interdixisse, ne quis amplius ad eam nauigaret, & vnâ

vnâ omnes incolæ eiecisse, ne si temporis mora in magnam multitudinem aucti sibi insulam vindicarent, atque à Carthaginensibus desciscerent, reip. damno essent. Ex his coniecturam facio, insulam eam quam nunc Hispaniolam vocamus, à Carthaginensibus inuentam fuisse. Diodorus Siculus quædam de Iambolo narrat, non admodum aliena ab Atlantici orbis indole. Arundines enim illæ quas fructum ferre dicit albo eruo similem, è quo panis conficiatur, Mahizum representant. Quod item de maximis serpentibus & innoxiiis addit, quorum carnibus suauissimis incolæ illius quem describit orbis vescatur, an non omnino ad illa quadrat quæ de occidentis Oceani insulis legimus? Sed valeat Iambolus cum fabulis suis, quas nimis impudenter obscuris veritatis indiciis attextuit. Theopompus narrat, Midæ cum Sileno colloquium intercessisse, in quo præter cetera & illud fuerit: Europam, Asiam & Libyam insulas esse quas Oceanus vndiq. complectatur. Eam verò terram solam continentem, quæ sit ab hoc orbe seiuincta, cuius magnitudo sit immensa, & indigenarum numerus infinitus. His alia annectit ab historica fide procul remota, & idcirco à nobis omiſſa, quibus satis est demonstrasse, priscam admodum memoriæ Atlantici orbis apud Græcos extare. Iuba, illius Iubæ filius qui Petreium contra Cæsarem infelicissimo exitu iuuit, scribit, mare extra Herculis columnas ad Indiam vsque nauigari, & in eo contra Hesperionceras, quod nos Caput viride dicimus, Gorgonas insulas ponit. Sebosus Plinio & Solino auctor est, à Gorgonibus insulis vsque ad Hesperidas navigationem esse quadraginta dierum; quæ assertio non multum abhorret à veritate, si Hesperidum nomine Hispaniolam, Cubam & ceteras insulas Atlantico orbi vicinas intelligamus. De Statij igitur Seboſi sententia Gorgones illæ insulæ dicendæ essent, quæ Capiti viridi siue Hesperio cornu proximæ iacent; quas alij Hesperides nominarunt. Xenophon Lampacenus narrat Hannonem Carthaginensem ad Gorgonas appulisse, atque ibi feminas reperisse miranda pernicitate præditas, quarum duas cepit, & earum cutes hirtas admodum & asperas ad perpetuam memoriæ in templo Iunonis inter donaria suspenderit. Quæ de Gorgonibus poëtæ fabulati sunt, à Grammaticorum pueris discas; apud quos Euryale, Stheno, & Medusa Phorcynis filia celebrantur. Nobis hoc loco propositum non est, ad Phorcynis antrum diuertere, neque commenti poëtici ab aliis aliò relati causas explicare. Crebrò monui diuina nomina ad homines transferri solere; quæ de re ingens oritur poëſeos & Orphicæ Theologiæ confusio, & inde max varij Ioues, varij Hercules, varij Bacchi apud veræ interpretationis imperitos existerunt. Vnde mirum videri non debet, si Phorcuni quoque nomen idem fuerit perpeſsum. Si enim Barbaricum est, vt esse nihil dubito, licet Græci à verbo *phor* deriuent, quod & ipsam nostratis est originis, is Phorcunus dicetur, cui ea facultas est, vt & sciat & possit & audeat vehere atque ducere, quorum vtrumque denotatur: quæ notatio Deo primum conuenit, primo omnis vecturæ & ductus auctori ac patrono. Eius vocis partes sunt *Phor* & *Cun*, quarum prior alteram dipthongi nostratis partem apud Græcos abiicit. Non malè itaque veteres Tarsen cognomento Phorcunum nominarunt, eo quòd non minus scientia ac potestate quàm vehendi ac ducèdi audacia polleret. Eius filia Gorgones dictæ, quæ vox nostrati origini applicata bonæ sobolis fauorem designat. Phorcuni enim nauigatio atque vectura magnam in Oceani insulis sobolem peperit, ac totum orbem Atlanticum colonis impleuit. Sed prius exposui; *Con* fauere significat. Filiarum nomina cum cuius Regi queunt accommodari, tunc ei maximè conueniunt, qui longè lateque maris dominio pontur. Euryale enim Salis latitudinem designat; qua nota non latum modò mare, sed magna etiam sapientiæ ac prudentiæ latifundia intelligere debemus. Post hanc Stheno, id est potentia, sequitur; omnibus sanè exosculanda, si & Phorcuni filia sit, & Salis omnia conseruantis soror. His tertia accedit Medusa; quam si Reginam interpreteris, Græcam vim vocis expresseris. Pertinet verò hoc ad fortitudinem & audax animi robur, vt quod scias & possis, id exsequi velis. O beatas vrbes, ô beata regna, quorum res à Phorcuno per has tres filias gubernantur! Varro Phorcuni & Atlantis nescio quod bellum commemorat, cum idem sit Atlas & Phorcys. Hinc Seruius quoque Gorgones circa Atlantem agnoscit; cuius si filias dixisset, nihil à vero aberrasset. Et hæc quidem ad hunc modum ad historiam referantur. Quòd si Theologica norma vocabula essent examinanda, geminam Medusam inueniremus; alteram veram, quæ ipsa Pallas est; & inde apud Cyrenæos itidem

Diodorus Siculus.

Theopompus.

Iuba.

Statius Sebosus.

Xenophon Lampacenus.

Phorcynus unde nomen habet.

Tarses Phorcunus appellatus.

Gorgones quæ habeant nomenclaturam variationem.

Con. Gorgones tres & earum nomen interpretatio.

Medusa dicta.

Gorgon vocata: alteram falsam, quæ regnum obtinet mundanæ peruersitatis, cuius ca-
put veluti trophæum Pallas præfert. Verùm hæc prolixius me tenerent, quàm præfenti
conueniat loco. Homerus videtur Phorcynis nomen ad Phrygas, quorum lingua eadem
fuit cum nostrati, retulisse; dum alterum Phrygum ducem hoc nomine vocauit:

Φόρυκος αὐτὸς Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσάντιος θεοειδής.

Dicitur autè Phorcys Phorcynis ab antiqua voce Phorcyn, teste Eustathio; quod addo,
ne quis me Phorcyni nomen confinxisse existimet. Elegantior itaq. hoc loco ratio later
quàm quisquam fortè hæctenus sit suspicatus; eo quòd illud alteri duci nomen poëta
dedit, quod Phrygia lingua eum significet qui peritiam, vires & fortem generosumq.
animum ad exercitum ducendum habeat: alterum Ascanium vocarit, tum quia eo
nomine primus conditor gentis dictus fuisset, tum quòd ea voce is propriè nuncupari
debeat, qui sciat & possit alimenta suppeditare. Quid quæso breuius succinctiusq. dici
potuisset, ad ea exprimenda quibus ad patriæ defensionem opus esset? Et hæc quidem
de Phorcuno Gorgonum occasione, quarum nomine insulas quæ Hesperio cornu pro-
ximæ opponuntur, apud præfatos dictas fuisse, iis quos laudauit auctoribus credamus. Cùm
igitur Staius Sebofus ab his ad Hesperidas vsque quadraginta dierum nauigationem
esse scripserit, eamq. occidentem versus, vti nomen præfert; facere non possumus quin
dicamus, apud præfatos etiam eius orbis quem nunc nouum vocamus, noticiam fuisse. Ex
his modò Græcorum testimoniis, cum sacra historia collatis, liquebit, quæ fuerit Salo-
monis classium in Opher nauigatio. Tarses igitur Atlas fuit & Phorcyn, non Tartes-
tantum, sed occidui etiam litoris Africani & insularum Oceani, & orbis vltra Oceanum
iacentis, primus & inuentor & conditor: qua de causa laudandus Plato, quòd Atlanti-
cum orbem vocarit. Patet modò, antiquissimo atq. adè primæuo iure ab ipso con-
ditore ad posteros deducendo, Occidua Africa littora & insulas obiectas vnà cum nouo
orbe Tartessiacorum esse debere, tametsi recens non occupasset. Verùm, quia ipse etiam
Atlas Hesperum fratrem suum Lusitanorum primum parentem adè non excludit
ab earum quas primus inuenisset, terrarum possessione, vti iis etiam nomenclaturam de-
derit à frarris nomine petitam; non iniquum fuerit, si Odyssei quoque posteri ad Hesper-
idum partem admittantur, & orbis Atlantici portionem quandam de præfata fratrum
concordia sibi vindicent. Atque hæc quidem de Atlantico orbe dicta sufficiant. Neq.
enim partes eius vel geographicæ vel chorographicæ more depingere decreui; sed illud
dumtaxat ostendere, qui primi fuerint Hispaniæ & Atlantici orbis conditores. Quo-
niam ergo duos modò primos Hispaniæ gentis auctores, Elyssum & Tarses, fuisse sa-
tis, ni fallor, clarè demonstrari, hoc meo labore defungi nõ malo iure possem, nisi prius
me largiùs prolixiusq. obligassem. Dixi enim me post veros conditores inuentos fa-
bulas etiam à scriptoribus proditas excusurum; at eas tamen non quasuis, nec à qui-
busuis confictas; sed antiquas, & à præfata memoria celebratas. De Gargori itaque &
Habide, quorum fabulosam historiam Iustinus è Trogo Pompeio recitauit, paucis fue-
rit agendum. Gargorum enim Tartessiorum antiquissimum Regem fuisse commemo-
rant, & Tartessiorum quidem vetustissimos fuisse Curetas. Quamuis alibi qui sint Cure-
tes, & quæ vera huius vocis origo sit, non semel tradidisse me recordor; nihil tamè verat
idem hic rursus compendio explicare. Cur ritum sacrum in primo sermone significat;
cuius vocalæ causa à littera C & Dr syllaba pendet, quarum illa ingens Orantis deside-
rium exprimit, hæc illud significat quod plurimum in agendo excellit. Hinc intelligas
omnem ritum sacrum vehementi desiderio ad id ferri perpetuò debere quod est omniũ
præstantissimum, ad ipsum videlicet supremum creatorem. Hæc verò, siue Hæc in alio-
rum dialecto, idem est quod præcipio ac iubeo; vnde vox composita Cureet, siue Cureit,
exempta adspiratione, rituum sacrorum præceptorem significat; qua in notatione hæc-
tenuis nostratibus in vsu est, dum animarum pastorem Cureit vocant. Hinc Latini à
Gotis & Francis, lingua nostrati quondam vrentibus, Curati nomen acceperunt. Ridi-
culum namque sit dicere populi pastores ob id curatos dici, quòd bene curata sint cute,
& bene curata culina; quod tamen fatendum esset, si vox ad Latinam linguam referre-
tur. Dum igitur Curetes primi Tartessiacæ regionis cultores fuisse produntur, sic nar-
ratio accipienda est, vt intelligamus primos conditores Hispaniæ nihil prius habuisse,
quàm vt salutaribus verè pietatis & religionis præceptis subditorum animos imbuerent
atque

*Tarses idem
qui Atlas
& Phorcyn.*

*Cur.
C littera &
Dr vocis si-
gnificatio.*

*Hæc.
Hæc.*

*Curati vocis
stymon.*

*Curetes pri-
mi Tartessia-
cæ regionis
cultores.*

atque formatent. Elyssus certè & Tarses reuera Curetes erant, & hoc vnice operam
dabant, vt quos conderent coloni toris animis cultui diuino vacarent; & omnia stu-
dia ad verum Pana, solidæ pacis auctorem, adorandum inuocandumq. conferrent;
quod vt non aliundè coniectare possemus, ex illo tamen perspicuum redderetur, quòd
totam regionem occidua Paniam siue Hispaniam vocarunt, ipso nomine Deo Pani-
eam consecrantes. Qua de re euidentiſſimum est, ipsos reapse meruisse, vt Curetes
nominarentur: quia nimirum diuino cultui docendo, veræque religioni demonstran-
dæ omnia posthabentes, id primum omnium curarunt, vt nemo vel præsentium vel
posterorum patriæ nomen proferre quiret, vt non simul quis Deus, & quò nomine, &
qua expectatione colendus esset, admoneretur. Et hæc quidem de Curetibus primis
Hispaniæ incolis. Iam primus Rex Gargoris vocatus est, cui Habis successit, quibus no-
minibus monemur rerum necessariorum acquisitionem & conseruationem pluri-
mum apud eos vigere atque regnare, apud quos sacri ritus & vera religio diligenter ob-
seruantur. Gargores enim propriè præcipueque is dicitur, qui omnino sapiens est atque
prudens ad congregandum conseruandumq. ~~Car-ger-wis~~ enim nobis clarissimè
significat eum quem Latinus ad verbum diceret, omnino acquirendi accumulandique
peritum. Digamma nostratibus solis vsitatum tolli, non magis in hac voce quàm in
Druidum nomine mirandum. Porro quoniam non satis est res vsibus humanis neces-
sarias quæsiuisse, nisi eæ quoque prudenter conseruentur, fingitur Rex secundis Habis
fuisse. Est enim Habis è nostrati voce ~~hauis~~ formatum, quo denotatur is qui seruandi
retinendique peritiam habet. Vbi V in B mutari, & duplex digamma tolli in illis est,
quæ in vocabulis è nostro sermone transferendis sunt creberrimè. Hunc variis pericu-
lis obiectum fuisse fabulantur; ac tandem à cerua enutritum. Equidem ita commen-
tum accipio, vt intelligam multo difficilius esse, magnas opes conseruare quàm ac-
quirere; & eum qui eas possideat, variis periculis patère: & ideo tam timidum sem-
per esse, vt à cerua lactatus fuisse videatur. Quisquis ergo fuit, qui primus hæc regni
exordia excogitauit, eum non aliud significare voluisse existimo, quàm cuiusuis reip.
bene constitutæ tria esse debere fundamenta; quorum primum sit religio Curetibus
denotata, secundas partes habeat eorum quæ vitæ commoditatibus necessaria sunt ac-
quirendorum diligentia, quibus succedat eorum quæ parta sunt conseruandorum as-
sidua cura. Non possum hoc loco risum continere, dum Iustini verborum recordor,
qui de Habide agens, Huius, inquit, casus fabulosi viderentur, nisi Romanorum con-
ditores lupa nutriti, & Cyrus Rex Persarum canè alitus proderetur. Quasi verò & hæc
minis fabulosa haberi debeant, quia scilicet à bonæ fidei auctoribus, si Dio sidio pla-
cet, scribuntur. Scio Lupæ vocabulum pro scorto dici posse, & id quidem de vetusto
Cimmeriorum sermone, in quo ~~Lu-pai~~ tantundem valet ac si Latinus diceret, popu-
lum contentum reddo, quod scorti proprium est: quoniam non vnus, sed totius populi
tentiginem soluat. Verùm Romæ non ob id à lupa nutritus fingitur; sed ea de
causa lupinum lac fuisse dicitur; quòd principes Romani, qui ad vnũ omnes Ro-
muli dici possunt, totius orbis diuitias, quæ gregibus denotantur; haud secus ac lupus
oues, deuoraturi essent. Antiquissimum igitur oraculum eo figmento regebatur, quod
eorum quæ multis post seculis rerum successus docuit, significationem dedit minimè
obscuram. An non tota Africa, tota Hispaniæ, tota Gallia, tota Græcia, tota Asia ad
Eufiatem vsque, tota Syria, tota Ægyptus à Romanis fuit deuorata? Quòd autem Cy-
rus canino lacte nutritus fuisse scribatur, id adhuc modum interpretari oportet, vt
Cyrum intelligamus talem omnino Regem fuisse, qualè Princeps Academiæ quondam
desiderauit. Socrati haud infrequens fuit per canem iurare, quod dum faciebat perinde
faciebat, ac si per ipsam iurasset philosophiam, cuius symbolum canis præferebat;
Canis enim ignorantiam pessimè odit, cuius iudicium est clarissimum in eo, quòd
ignotum hominem summa ira persequatur, & dentibus inuadat; quem vbi nouisse
coeperit, amat & adulatione excipit; cum in homine eo nihil interitum sit immutatum.
Perspicuum itaque, cani ignorantiam maximè displicere, & noticiam canis esse
quod quid aliud est, quàm canem esse philosophum? At is demum bonus fuerit Rex,
qui idem quoque sit philosophus, quod Platonem addo placuit, vt diceret; aut philoso-
phum regnare aut Regem philosophari oportere. Quamobrem qui primus Cyrum
finxit

*Gargoris pri-
mus Tarses-
siorum rex.*

*Gargoris no-
minis etyma.*

*Habis aliter
Tartessiacorum
rex, & eius
nomenclaturæ
ratio.*

*Lupæ vocis et-
ymon.*

*Romulus cur
à lupa nutri-
tus fingitur.*

*Cyrus cur à
canè nutritus
feratur.*

*Canis cuius
est symbolum
per se feratur.*

Con pro cane Phrygia vox.

Et nonken. Regis laudari et canis affinitas.

Coning.

Atippania de pradationis.

Chrysaor quis & unde dicitur.

Geryon cuius filius & nomina etymologia.

Hercules cur Geryonem occidisset et eius boues ab egijs se ferantur.

finxit lacte canino nutritum fuisse, is non aliud sibi voluit, quam Cyrum omnibus illis dotibus exornatū fuisse, quas sapientes viri in Rege vigere voluerunt. Quid quod Phryges Con pro cane dixerunt, vnde & ipsum canis apud Latinos & *κυνος* apud Græcos nomen? Eius rei cūm testem Platonē habeo, qui nomen *κυνος* ē Phrygio sermone deducit, tum nostrates etiam, qui hactenus diminuēte voce *κυνος* pro cane vtiūtur. Est autem Con vocabulum copiosæ significationis, eo quod notionem offerat scientiæ, potentiæ, & magni animi; quæ tres dotes quod in Rege de priscorum sentētia esse debeant illustratissimæ, nostrati sermone Rex ita vocatur, vt Con priorem syllabam cōstituatur, cui *ing* additū, quo de notatur summa auctoritas à qua omnia pendent, Con-ning efficit. Vide nunc quanta apud priscos canis & laudari Regis affinitas, quanta ratio, vt canis optimi principis symbolum habeatur. At licet in his satis rationis appareat, cur Cyrus à cane nutritus dicatur, illud tamē quod de Anubi Ægyptio & Hermanubi apud veteres proditū habemus, hanc sentētiā meam magis confirmat: Canis enim Diodoro Siculo custodiam significat, cuius causam nemo non intelligit: atq. idcirco Mercurius canino capite pingebatur, quod verus custos esset animorum, læua caduceū gerens, dextra palmam, signa certissima draconis deuicti. qua de re aliàs latiùs egimus. Sed hæc obiter Habidis occasione, quem propterea ceruino lacte nutritum fuisse veteres commenti sunt, quod tanta auri & argenti copia, quanta apud Tartessiacos erat, perpetuū adferat timorem, vt rectē ille intellexit, qui dixisse fertur, aurū ob id pallere, quod insidias semper metuat. Quod si quis bulgam habeat multo auro confertam, ad motæ arundinis strepitū & vmbra trepidabit, cūm ē diuerso cantet vacuus corā latrone viator. Si quis est qui hunc metum in se non est expertus, is Euclionē interroget Plautinū, & mox discet, nihil plus timoris adferre quā aulam multo auro graue, quam qui diligēter occultare studet, ipsos etiam coruos crociantes timebit. Nec verò vanū fuit hoc de Tartessiacis Regibus signum, eo quod nulla vniquam regio pluribus fuerit exteriorū hominū depraedationibus vexata. Vt enim obscuriora mittamus, quis nescit, à Pœnis totā Hispaniā fuisse expilatam? His successerunt Romani, Romanos Goti, Vandali, Sueui, Alani, & nescio qui alij Teutones expulerunt: Gotos spoliarūt Agareni Africa tyranni, quibus vix tandē post octingentesimū annū aut eiectis aut subiugatis ab externa militia, & Ianuēsi scēnore tota ditio exhauritur, & id quidem ad eum modum, vt nisi aurum Atlantici orbis succurreret, ne teruntium quidem reliquū Hispaniæ Rex haberet. Nunc fatis de Habide, cui fabulæ omnem regiōnis felicitatem adscripserunt, & optimo sanē iure, quando rerum necessariū conseruatio omnia regni commoda & parat & custodit. Hunc Græci Chrysaōrem lingua sua fortasse vocauerunt, eo quod aureo gladio regnum suum defenderet, id est, multa pecunia præfidiarios milites aleret, ad opulentissimū suum imperiū aduersus exteriorū incursionē tuendum. Vxorem ei tribuerunt Callirhoēn, quod cognomen Brti pulcherrimo flumini, cuius ripæ oliuetis luxuriant, quam optimē cōuenit. Ex ea Geryon natus. Postquam enim tandem Reges avaritiam quoque admitterent, & toti opibus accumulandis inhiarent, generosis animi dotibus omnino neglectis Geryon tricorpor, id est, totus corpus nihil mentis habens, nascitur: cui nomen inde datū, quod is honestam opum & acquisitionē & conseruationē defraudaret. *Ger-ju-joon* enim idem est quod acquisitionē & custodiam defraudo. Quæ namq. fraus maior, quæ maior iniquitas cogitari potest, quā ea qua quis suū ipsius genium, cognatos, amicos, ministros, subditos, omnes deniq. homines defraudat, non permittēs nec sibi nec aliis rebus magno labore & partis & custoditis vel vti vel perfrui. Cū itaq. avarus princeps nemini carus sit aut amicum aut satellitū, facile fit vt regno expellatur, atq. hac via ditio ab exteris occupetur, & thesauri à peruigili dracone, quem Geryoni etiam affinxerūt, custoditi dissipentur. Quāniam verò Hercules omnium monstrorum domitor, totiusq. orbis Auctumquis habetur, conficta est fabulā, Geryonem ab Hercule occisum esse, & boues ipsius, quibus diuitiæ denotantur, ad diuersas regiones abductos. Et quāuis hæc ad Tartessiacas & Gaditanas opes applicentur, non sum tamē nescius, fabulam etiā maiori longē mysterio posse accommodari, vt nimirū Geryon Mammonas dicatur, cuius fraudē optimi homines ē Paradisi, quem custodiendum acceperant, possessionē pulsi sunt. Eūm verus Hercules superauit, & boues, qui homines sunt, vitio suo in pecudes & iumenta, quibus nulla est intelligentia, transformati, tyrannide ipsius exemit.

Ioh. Coropij, pia memoria, Hispanica, Francica, Gallica, Vertumnus, Hermathena, & Hieroglyphica, eiusdem sunt, eruditionis cum iis operibus qua viuis edidit. Nec quicquam in his libris à me, aut ab aliis est animaduersum quod fidem aut morum integritatem ledat. 16. Nouemb. 74.

Ioh. Molanus, Apostolicus & Regius censor.

